



Em. 81.



MARTINI Rangen
COLBERGA TOGATA

H. E.

NOMENCLATOR

THEOLOGORUM

JURECONSULTORUM

MEDICORUM

PHILOSOPHORUM

COLBERGA ORIUNDORUM

QVI IN SECVLO PRAETERITO AC HODIERNO

AB. A. C. 1500. AD A. C. 1668.

SIVE

OFFICIORVM GRADVVMQ; PRAEEMINENTIA

SIVE

EGREGIIS LITERARVM MONVMENTIS

FLORUERUNT.

ANNEXIS

OMNIVM FACVLTATVM

VIRIS PRAECLARISSIMIS DOCTISSIMIS

UBI UBI NATIS

QVI IN PRAESENS VSQ;

INCLUTÆ COLBERGÆ

FIDELIEM NAVARUNT OPERAM.

BASILIVS IMPERAT. c. 60.

Qvi liberos probè institutos relinquit de toto regno bene meretur
qvi eos malè moratos, nullis literis excultos finit, totam
Rempubl. graviter lædit.

Colbergæ Typis Kufianis Anno 1668.
prostat apud Iohann Deenhardum Bibliopol. Colberg.



NOBILISSIMO ATQ; CONSULTISSIMO
V I R O

DN. LAURENTIO RANGONI,

Archidicasterii Electoralis Brandenburgici in Pomeraniae Ducatu, &
Camminensi Principatu Advocato, nec non Statuum generosissimorum
atq; amplissimorum in dictis terris Syndico Provinciali, Fratri
Germano

Cum ipsi Gradus in jure Caesareo & Pontificio summus in Electorali
Academiae Francofurtanae ad Oderam 3. Id. Octobr.

A. Salutis humanae M DC LXIIX. solenni
ritu conferretur

In fraterni affectus signum, debitamq; congratulationem
COLBERGAM HANC TOGATAM

D. D. D.

MARTINVS RANCO, Archidicasterii Electoralis in utraq; Pro-
vincia ad mare Balthicum Advocatus.

IN juris studio multi virtute coruscis,
Aulae Rectores, consiliisque catis,
Quos Colberga viros dedit, hi sunt nempe: CARITHVS,
PLATEN, BVLGRINI, SCHLEIFFI, ADEBARI, AB EDEN,
GVTZMERI, DAMITZII item DVCHEROVII, & ENGVER,
RANGONES, nec non BRVNSCHVIGII, PRICII,
SCHNELLE, ENGELBERTVS, VANDERMYLEN, HOHEN-
HAVSEN,
NEVMANNI, DOPKEN, IANTHESIVS, RADEMAN,
Vt taceam VON DER LANCKEN, reliquosq; celebres,
Qui super astra viri, qui super astra DII.
Horum dum sequeris Frater vestigia, honoris
Conscendens culmen, gratulor ore tibi,
Apprecor atq; horum famam, vitam, pietatem,
Fortunam, per te publica res bene stet,
Et COLBERGENSES reliqui vestigia adorent
Sympatriotarum, sint pietate pares.
Haec mea vota fero: votis DEVS annue. Fratri
Et Patriae possum nil nisi vota dare.

A 2

BENE-

BENEVOLO LECTORI

Salutem dicit

AVTOR.

Catalogum hic sisto virorum literatorum (non omnium, nec enim cunctorum nomina ad me pervenire potuerunt, sed hinc inde collecta exhibeo) qui vel officiorum dignitate, vel excellentibus ingenii sui monumentis famam quandam atque gloriam patrie suae civitati Colbergæ compararunt. Dabo quotquot haberi à me potuerunt, observato imprimis annorum sive ætatis, hanc dignitatis nec Facultatum ordine, initio factò ab anno primo seculi decimi sexti, ubi ante sexaginta annos, videlicet 1440 divina artis typographica usus in Germaniâ inventus, nec non studia literarum tam divinarum, quam humanarum cum B. Martino Luthero, & Philippo Melanchtone communi isto Germania Tractatore maxime quasi reflorescere ceperunt. Fuisse quidem etiam ante id viri in omni scientiarum genere eruditissimi, sed quia eorum nomina, atque scripta injuriâ temporum ad ætatem nostram pertinere non potuerunt, missa ea facienda sunt. Interim se mihi sistit trigainta virorum doctorum COLBERGÆ oriundorum, quæ in decimo quinto seculo floruit, quæ hic inserere placuit ut hoc etiam modesta fama tantorum virorum ad posteros propagetur, quorum primus Dominus Bernhardus Bötticher, Artium liberalium Magister, Medicinæ Licentiatus, Sacre Theologiæ & juris Canonici Baccalaureus, primum Rostochii A. C. 1440 postmodum in novâ Pomeranorum Academiâ Gryphisvaldensi A. C. 1457. Professor. Secundus eodem tempore claruit in Studio Generali Lipsiensi M. Theodoricus Stephanus Colbergensis, Professor & Decanus Facultatis Philosophicæ ibidem & A. C. 1457. deinde creatus S. S. Theologiæ Doctor & evocatus in Gryphisvaldensem Universitatem, Facultatis Philosophicæ Decanum egit A. C. 1459. Procancellarii officio functus A. C. 1473. quibus muniis postmodum sæpius cum honore præfuit. De hoc Ioachimus Iohannes Maderus, Hannoveranus in Centuria Scriptorum insignium, qui in Lipsi-

Lipsiensi, VVittenbergensi & Francfordianâ ad Oderam Aca-land in
 demis usq; ad annum C. 1515. floruerunt, hæc refert. THEODO-^{us} Catalog.
 RIGVS COLBERGA, natione Saxo, patriâ Kolbergensis, vir^{us} Rector
 gnarus & studiosus. Hic post magisterium nonnullis laboribus scho-^{larum} Procâcell.
 lasticis aliquandiu apud nos actis famâ tantum illuxit, ut in^{ter} Promo-
 Gripsvaldense studium erigendû, corrigendum accerferetur. Quo^{rum} tor Acad.
 ubi pervenisset, propriis expensis Pedagogium inibi exstruxit. Gryphis.
 Scripsit in Scholasticis multa, quæ alio translata apud nos non com-^{parantur} Ioach. Ioh
 parent, quare ea missa facio. Claruit Lipsi anno 1456. Tertius^{us} Mader.
 hant postremum eâ tempestate inter literatos obtinuit locum An-Centur.
 dreas Bulgrin Colbergas, Liberalium artium Magister, Decre-Scriptor.
 torum Licentiatus, Curie Colbergensis Camerarius, à quo A. insigniû
 C. 1473. Cota Bulgrins nomen sortita fuit in distributione parti-
 num. 8.
 um salinarium Colberg. Extra omnem autem dubitationis ale-
 am positum est, quin multo plures viri doctrinâ prestantes, de pa-
 triâ & bonis omnibus non malè meriti vixerint, quorum catalogum
 hic propter historicarum relationum defectum, ut diximus, necte-
 re prohibemur. Properemus ergo L. H. ad Nomenclatorem vi-
 rorum doctorum, qui ab anno salutis humane 1500. nomini suo in
 orbe literato famam pepererunt æternam, quod si tenuis hic labor,
 & quasi prodromus in DEI gloriam, patriæ urbis amorem, gra-
 tiam tantorum virorum memoriam, πρὸς Δουλιαν, affectumq; in
 Sympatriotas adhuc superstites, iuventutisq; velut exemplar ar-
 gumentumq; emulanda virtutis (nam nostra quoq; ætas, ut loquar
 cum Tacito, multa laudis & artium imitanda posteris tulit) à me
 susceptus, non displicebit, COLBERGAM armatam & salisam,
 nec non religiosam atq; subterraneam, sed cum licentia eorum,
 quorum interest, à me in linguâ vernaculâ expecta, ubi MS St.
 Fundationes & Diplomata varia, patriæ antiquitatem non
 parum illustrantia, partim à viris clarissimis, earumq; rerum in-
 telligentissimis liberaliter mecum communicata, partim propriâ
 industriâ à me conquisita atq; congesta offendet. Contendo autem à
 benevolo Lectore, ut aliorum virorum doctorum Colberganatorum
 nomina, quæ ipsi fortè occurrent, & si quid præterea antiquita-

tem sapit, & Patriam urbem ex vetustioribus literis clariorem reddere potest, mecum amicè communicare velit, quo hæc aliquando loco debito, illa verò secunda editioni, quam cum Colbergâ religiosâ DEO fortunante edere meditor, inseri possint. Monendus etiam hoc es H. L. si qua hic minus grata auribus offenderis, dabis id stylo veterum, ex quorum manuscriptis multa studio retenta sunt. Vale amice Lector, & fave. Dabantur Colbergæ ex adibus meis Anno Iuliano - Dionysiano M. DC. LXIX. Prid. Non. Octob.

IAC. PONTAN. lib. 1. Progymn. 87. p. 155.

Quicquid cornitur inter mortales humanitatis, moderationis, prudentiæ, virtutis ac sapientiæ totum è literarum purissimis sanctissimisq; fontibus profluxit.

JOANNIS CLUVERI
EPIGRAMMA
IN HOSTES LITERATORVM.

Phœbe Midæ plures inventi; Tu omnibus aures
Si bonus ipse tuis es, fabricare asini.

MARTI

MARTINI *Kangen*
COLBERGA TOGATA

SECTIO I.

SISTENS NOMENCLATOREM VITA
DEFVNCTORVM



MARTINVS CARITH, Philosophiæ & liberal. artium *Magister*, Sanctæ Theologiæ Juris Ver. etiam in Acadamiâ Gryphisvvald. A. 1487. promotus *Doctor*, *Hinric Wendland* in *Catalog. Procancell. Rectorr. Brabentarr. Acad. Gryphisvvald.* primum *Canonicus*, deinde *Decanus*, & deniq; *Prepositus* Capituli Colbergensis ad Templum Collegiatum B. Mariæ Virginis. *Rector* Academiæ Gryphisvvaldensis A. C. 1487. BOGISLAI X. & Magni cognominati, Ducis Pomeraniæ *Cancellarius*, & *Consiliarius* intimus, nec non *Orator* & itineris Comes in Palæstinam terram sanctam A. 1496. Habuit ille Orationem valedictoriam coram Duce, Senatu, totâq; nobilitate Serenis. Reipubl. Venetæ nomine Principis sui. Episcopatus Caminensis *Coadjutor* à Papâ Alexandro VI. Romæ consentiente Duce Bogislao X. constitutus est A. eodem. EPISCOPVS CAMMINENSIS electus A. C. 1499. Mox A. C. 1500. Synodum generalem instituit Stetini ad Oderam, Statutaq; dictæ Synodi typis exprimi curavit, quæ adhuc exstant & contenta exhibentur à *Daniele Cramero* in *Chron. Pomer. Eccles. libr. 2. Cap. 41.* hujus tempore veritas evangelii illuxit, mentem tamen Episcopi à superstitione Pontificiâ non convertit. Obiit Stetini A. 1522, *Nicolaus Klempe Nobilis Pomeranus Chron. MS. Pomer. lib. 3. von den Pommern uñ Rügianern pag. m. 716.* de ejus ortu, familiâ, vitâ & obitu hæc refert. *Wie Bischoff Martinus Carith von Alter Schwach und Kranck ward / ist er zu Alten Stettin gestorben und zu S. Marien begraben worden / über welches Todi sich fast alle Geistliche des Landes betrübten / den es wahr ein sein*

sein Gelehrter / herrlicher / alter Mann / und in seiner Art sehr an-
 dechtig / und sorgfältig der Religion. Darumb er auch
 etliche sonderbare Befehle ausgehen ließ / das sich die Geistlichen solten
 rechte halten / damit die Widersacher kein Fug hätten sie zu lästern /
 und hat auch die Geistlichen / so sich ungebührlich gehalten / hart ge-
 straffet &c. & Paulo post. Er wahr von Colberg gebohren / und des
 fürnehmsten Geschlechts / so da zu der Zeit sein mochte. Ioh. Micra-
 lius lib. 3. parte 2. vom alten Sächsisch. Pommerl. cap. 53. pag. 948. &
 Syntagm. Histor. Eccles. lib. 3. Sect 2. pag. m. 716. vocat eum Martinum à
 Carith, Magistrum, Theologiae & Decretorum Doctorem, Patricium
 Colbergensem, & addit, Er sey ein gelehrter kluger Mann gewesen /
 der sich auff keinen Beystand so sehr / als seine Freunde von Abo (das
 ist / das Alphabet / oder Buchstaben in den Büchern) verlassen.

*HENNINGVS BVLGRIN, Andreæ, Licentiati & Camerar. Filius,
 atq; Benedicti Cos, Colb. Frat. Philosophiae & Artium Magister, Mo-
 nasterii Sanctimonialium in honorem DEI sanctorumq; Michaëlis Ar-
 changeli & Laurentii Martyris, ordinis Sancti Benedicti extra & apud mu-
 ros oppidi Colberg (in quibusdam literis legitur, antiquæ Civitatis Colberg)
 Præpositus A. C. 1481. Et Ecclesie Collegiatae beatæ Mariæ Virginis Col-
 berg. Canonicus floruit adhuc A. 1503.*

*CHRISTIANVS RANGE, Eobaldi F. Consiliarius Episcopi Ca-
 minensis A. C. 1511.*

*CHRISTIANVS SCHLEIFF, Casparis Senatoris ex Elisabethâ
 Damitzæ F. Liberal. Artium Magister promotus, & Canonicus Col-
 berg. A. 1517.*

*BALTHASAR Range! Christiani Senatoris ex Judithâ Schleiffin
 F. Artium Magister, Iuris Canonici Licentiatus, Ecclesie Collegiatae
 Colbergensis Capitularis A. 1519. nec non in Episcopatu Camminensi Con-
 siliarius A. 1521.*

*JACOBUS Adebær / Iohannis Cos ex N. von Hornin / F Capitane-
 us & Consiliarius Episcopalis, atq; Civis Colbergensis vocatur A. 1524.*

*IOACHIMVS Adebær / Ioh. Fil. & Iacobi Frater, Ecclesie Colle-
 giatae Colbergens. Capitularis A. 1526.*

*IOACHIMVS PLATE, Hinrici Salinatoris F, Iurium Doctor,
 Rota*

Rotæ Notarius, Cathedralis Eccles. Camminensis, Scholasticus, & Collegiata Colbergens. Præpositus, obiit Romæ A. 1526. Epitaphium Romæ ipsi positum ex Laurentii Schraderi Monument. Italiæ sic sonat.

JOACHIMO PLATTE

CAMIN. SCHOLASTICO. ET COLBERGENSIS. ECCLESIAE. PRAEPOSITO. IVRIVM. INTERPRETI. AC. ROTAE. NOTARIO. PRVDENTIA. ET. FIDE. PROBATISSIMO. AGENTI. AETATIS. SVAE. ANNVM. XLIV. CVM. CHRISTIANIS. SEPVLCHRVM. DEPOSVISSET. DIE. XII. - - M. D. XXVI. D. TVTPHELDVS. ET. IOHAN. BORGER. SCRIPTORES. APOSTOLICI. ET. DAVID. BRVNSVICH. ROTAE. NOTAR. EXCVTOR. ET. AMICI. FACIENDVM. CVRARVNT.

DAVID Brunshwig Barnimi ex N. Hornin F. Rotæ Notarius in curiâ Romanâ A. 1526. ut ex precedenti inscriptione patet, postea A. 1540. Consul Civitatis Stetinensis ad Oderam, obiit A. 1552. Filius huius ex Sicilia Lenhin natus, Hermannus Brunshwig Senator electus Civit. Colbergæ A. 1577 postea Consul Stetinæ A. 1586. obiit A. 1596. V. Paul. Frideb. Chron. Stetin. in f.

ALBERTVS BVLGRIN, Episcopatus Camminensis Cancellarius, & Eccles. Colberg. Canonici A. C. 1541.

M. BENEDICTVS BVLGRIN Alberti Cancell. Frat. Ecclesie Colleg. Colberg. Canonici A. 1546. & 1553.

VLRICVS Damis/Vlrici, V. Vartislai Ducis Pomeran. Aulae Magistri F. Urbis patriæ Consul electus A. 1525. denatus A. 1547. d. 3. Maji. Epitaphium in Templo primario ipsi positum, hic adjungo

Vir bonus & nulli verâ pietate secundus,
 Dii quanta est urbis gloria, fama, decus.
 Talis erat clarâ Vlricus de stirpe creatus
 Damitius, patriæ gloria magna suus.

B

Qyam

Quam postquam Consul viginti annisq; duobus
 Rexit iustitiâ, sedulitate, fide
 Sexies undenos natus non amplius annos,
 In Christo exspirans, ultima fata subit.

IOHANNES Schnelle / *Balsasaris ex N. Hohenhausii F.*
 Vir egregie quidem doctus, sed Osiandri sectator, hic unâ cum *Ia-*
cobo Funcchio Aulæ Regiomontanæ, atq; oppidi veteris successive
 Pastore, Chronologo isto insigni, atq; *Matthiâ Horsten*, ob
πολυπραγμοσύνην, tanquam turbator pacis religiosæ atq; prophæ-
 næ accusatus, & per sententiam damnatus, A. 1566. d. 28. Octobr.
 feriâ Simonis Iudæ Regiomonti Borusorum in foro publico decoli-
 latus est. Versus Funcii noti sunt.

Disce meo exemplo mandato munere fungi,
 Et fuge, ceu pestem, τὴν πολυπραγμοσύνην.

Vid. Dan. Crameri Pomm. Kirchen Chron. lib. 3. cap. 63. pag. 176. &
Ioh. Micrael. Synagm. Histor. Ecclesie. omn. lib. 3. Section 2. pag. 492.

MARTINVS von Eden / Hieron. Cos. ex *Elisabetha Ho-*
henhausii F. Illustris. Pomeran. Ducibus à Consiliis & Legationi-
bis penè perpetuis.

GEORGIUS von Eden / dictus Venetus & Venediger *Hiero-*
nymi Cos. Fil. & Martini Frat. ad Licentiam Theologiæ admisus in
Academiâ VVittebergensi A. 1550. d. 19. Septembr. Decano D. Ioh.
Bugenhagio Pomerano, Præside Philippo Melanchthone. S.S. Theo-
logiæ Doctor creatus d. 20. Octobr. 1550. Decano D. Iohanne Bü-
genhagio Promotore D. Georgio Majore. Fuit ille | Profesor Theo-
log. in Academiâ Rostochiensi A. 1556. deinde Regiomontanâ, atq; ab
Osiandristis expulsus, in Pomeraniam tetendit, atq; Gryphis-
vvaldiæ Brabentam egit in Promotione Doctorali Iacobi Rungii,
Stargardens. & Dionysii Gerschovii Dabor. A. 1558. Vid. Henricus
VVendlandus in Catol. Rectorr. Brabentar. Acad. Gryphisvvald.
 Primus Episcopatus Camminensis | *Superintendens generalis vocatus,*
 Colbergam concessit, & simul Capituli Colbergensis Decanus ul-

tra

tra decennium, & *Propositus* Sukoviensis fuit. Ab ipso ut & M. Paulo
 à Rhodâ & D. Jacobo Rungio, tribus illis per Pomeraniam Superin-
 tendentibus *Corpus doctrinae Pomeranicum* ad retundendoscum Ponti-
 ficiarum, cum aliarum hæresium errores, conscriptum est A. 1559.
 deniq; A. 1567. *EPISCOPVS POMEZANIENSIS in Borussia factus*,
Commentario seu explanationibus in Epistolam Pauli ad Romanos no-
tus. Joh. Micrael. in Syntagm. Historiar. Eccles. lib. 3. Sect. 2. de
Doctor in Luther. Eccl. pag. 550. & 694. eum sed per errorem Pasto-
 rem Colbergensem primum vocat, quippe jam A. 1542. primus
 Pastor Ambrosius Zizovius hic Ecclesiam docuit, ut inferius pa-
 tebit. Vti de Homeri patriâ septem Græciæ civitates certarunt, ita
 & de hujus Veneti natali loco nonnulli. *Hermannus Kyrchner. O-*
rat. Paneg. 3. p. 93. Joh. Micrael. c. 1. Gottfrid Sverfus in Academ.
VVitteberg. Catalogo Promot. eum nobilem Prutenum vocant
Petr. Edeling Superint. in Tabul. gentilis. Colberg. & Cosmus
von Siffier in der allgemeinen Welt-Beschreib. part. 2. pag. 274. &
in Geneal. der Hohenhauseu sub Tit. Colberg eod. Tract. scribunt
Colbergensem Pomeranum nobilem, & hic addit Herzog Johan
Friderich ließ A. 1563. durch seinen Superintendenten Doct. Georg
von Eden / und Doctor Michel Teuber seinen Cankler eine allge-
meine Kirchen-Visitation ergehen. Dieser Georgius Venetus
war eines Adlichen Herkommens aus Preussen / und zu Colberg
geböhren / würd. derwegen in Preussen beruffen / das er daselbst
Bischoff zu Pomezan wehre / & alio loco enumerant non tantum
parentes, sed & fratres viros fortissimos & celebres exprimunt in
Genealogiâ nobilis familiæ Hohenhauseu, quam ex consangvi-
nitatis lege attingunt, mater enim horum ab Eden audiebat filia
Johannis Hohenhauseu Consulis Colberg. Elisabetha dicta, & Pa-
rens Hieronymus ab Eden Consulatum heic Colbergæ multis an-
nis cum laude gesit, uti ex Epitaphio, quod in templo Mariano
prope portam ut vocant S. Catharinæ extat, haut difficulter appa-
ret, hinc controversia hæc facile deciditur rectè enim ratione primi

ortus vocatur nobilis Borusius, ratione nativitatis autem Col-
bergenfis.

BENEDICTVS von Eden / Georgi Episcopi Frat. Germa-
nus, Vir Arte & Marte clarus, belli Dux in Belgio, postmodum in
arce Burtnicensi Locumtenens seu Capitaneus Regius, & urbis Par-
novia in Livoniâ Præfectus, postremus hujus familia nobilis, quæ or-
tum ex Borussia traxit, obiit Riga A. 1577 M. Mayo. Epitaphium
supremis ipsius honoribus ibidem positum hoc est.

Sanguine Majorum veteri Benedictus ab Eden,

Inclytus & parto nomine clarus erat,

Quantus enim fuerit, cum res poscebat, in armis,

Belgia testatum reddere mota potest.

Deniq; Parnoviâ vivens præfectus in urbe

Sarmatici Regis maxima cura fuit.

Et Burtnicensem lectus moderator in arcem

Consiliis minuit publica damna suis.

Livonia cernens juvenili etate ruinam,

Curarum finis mors mihi, dixit, erit.

Dixerat, & tanto fessus sub pondere vitam,

IDIIVS heV. Mall LI. qVIt & astra sVbIt.

Florentis stirpis florenti palmes in ævo

Ultimus huc posuit funeris ossa sui.

Quam Colberga dedit vitam tulit inclyta Riga,

Vivere non potuit nobiliorve mori.

LAMPERTVS Schleiff Valentini F. Monasterii Olivensis pro-
pe Dantiscum ABBAS, propter (sunt verba diplomatis regii) in-
genii vim ac præstantiam, eruditionem, rerumq; variarum, &
pulcherrimarum cognitionem, una cum fratribus tribus VVig-
boldo, Georgio, & Iacobo à SIGISMUNDO AVGVSTO
Rege Poloniae in ordinem nobilium regni Poloniae in conventu
generali Regni Petricoviensi admisus A. 1555.

NICOLAVS Schleiff Cœnobii sacrarum Virginum in urbe Col-
bergâ Præpositus nominatur A. 1562. d. 18. Aprilis,

SIMON

SIMON Brunshwieg/*Matthai Camerarii ex Anna-Rangin F. SIGISMUNDI AVGVSTI Regis Polon. Servitor & terrarū Prus-
siae Generalis Fiscalis A. 1568. posteaq; Consiliarius, propter (testibus li-
teris Regiis) fidem in Regem singularē, ingenii vim & praestantiam,
virtutem, probitatem, integritatem, & in rebus gerendis indu-
striam, una cum fratribus suis germanis Georgio, post Consule Col-
berg. & Davide eorumq; legitimis heredibus à dicto Rege nobilita-
tus, vel potius in veterem nobilitatem & dignitatem, in qua Majores
ipsorum nati, olim viguerunt, Diplomate Regio restitutus est Var-
schaviae in conventu Regni generali, d. 1 Julii A. 1570.*

IOHANNES Adebahr/*Augustini Salinarum Possessoris F. S. R.
Maj. Sveciae Consiliarius & Aulae Magister, in Ramelow hereditarius
Dominus Obiit caelestis.*

PAVLVS Samih/*Ulrici Cos. de quo sp. 9. F. Eccl. Colberg. B.
Mariae Capitularis atq; Consiliarij Episcopalis hereditarij in Rükow.*

BARTHOLOMÆVS RADTMANNVS, D. Bartholomaei
Syndici v. inf. Nomina Syndicorum F. S. S. Theolog. Doctor ejusdemq;
Profesor publicus ordinarius in *Univeritate Franckofurtanâ ad Ode-
ram A. 1578. editis scriptis Theologicis clarus.*

ANTONIVS Bröcker/*Celsissimi Ducis Casimiri Praefectus ar-
cis Bütovienfis.*

IOHANNES Adebahr/*Casparis Heredit. in Büßow/ & Sali-
nar. ex Margarethâ von Platen F. Monasterii Virginum Sacrarum in
antiqua Civitate Colbergâ Praepositus, Civitatis patria Consul, heredi-
tarius in Büßow/ ex hac vitâ decessit A. 1582. d. Gregorii.*

IEREMIAS Engelbrecht/*Ecclesiae Cörlinensis Pastor, oblit.
A. 1588.*

DAVID Hone/*Iacobi Salinatoris F. primarius Pastor Esensis
in Frisia orientali A. 1589.*

HINRICVS à Stöyentin/*Iohannis in Neures Heredit. & Salinat.
Colb. ex Dorotheâ Rangin F. hereditarius dominus in Neures/ No-
bilis benè literatus indigitatur à C. à Eimmer in Cosmograph. Vni-
vers. part. 2. Tit. Colberg. in Genealog. Stöyentiner.*

B. 3.

CONRA-

CONRADVS BERGIVS, Pauli Senatoris ex Catharina
 Kloet in F. Conradi, hereditarii in Hennefenhagen ex Catharina
 Störentin in N. (Godofr. Sveyus in Academ. V Vitteberg. in Ca-
 tal. Dd. Theolog. ibid. promotor. eum: Sed falso, vocat Stetinense) Phi-
 los. Magister, Oratoria Professor Publicus V Vitteberga A. 1576. & Fa-
 cultatis Philosophica Decanus A. 1578. quo uno actum d. 4. Martii 25. ju-
 venes eruditos in Philosophia Magistros promovit V. Svey. d. Tr. in Ca-
 tal. Decanor. Facult. Philos. postea Pedagogii Ducalis Stetini Rector
 & Professor. Sacrae Theologiae Doctor nunciatus V Vitteberga A. 1589.
 d. 15. Julii Decano D. Andreae Iodoco, Promotore D. Davide Voico.
 Deniq; defuncto D. Christophoro Stymmelio Pastor ad D. Mariae &
 Consistorii Ducalis Assessor vocatus A. 1589. Reformatorum partes ex
 illo tempore secutus, vid. Ioh. Micrael. c. l. p. 767. obiit Stetini A. 1592. d.
 13. Martii. Successorem nactus Frideric. Rungium S. Theol. Doct. Filios
 habuit ex priori matrimonio unicum, **PAVLVM** Bergium Item, ur-
 bis Colberga Senatorem, obiit A. 1626. Ex posteriori duos, nempe
CONRADVM Bergium, S. S. Theolog. Doctorem, in Academia Fran-
 cofurtana ad Oderam Professore Theolog. Publ. & A. 1639. Recto-
 rem magnificum, atq; Facult. Theolog. Decanum, deinde Pastorem &
 Professore in Republ. Bremensi primar. nec non **IOHANNEM**
BERGIUM S. S. Theol. itidem Doctorem, atq; trium potentissimorum
 Electorum Brandenburg. Concionatorem aulicum, Consiliarium Ec-
 clesiasticum, Consistorii Seniore, multi magniq; nominis apud Refor-
 matos Theologum, & scriptis variis praclarum, obiit Berlini A. 1658. suc-
 cessit ei in officio Ecclesiastico filius **GEORGIUS** Conradus Bergius
 Theol. Doct. in Academia Francofurtana Professor Theologiae pub-
 licus & Ecclesiastes.

MATTHAEVS Engelbrecht / Iohannis F. Ecclesiae Coenobia-
 lis Colberga Pastor, atq; Templi B. Mariae virginis Collegiati Ar-
 chidiaconus vocatus A. 1543. pie donatus A. 1593. d. 3. Augusti.

EGIDIUS von der Lancken / Iacobi Camerarii F. Celsissimo-
 rum Holsatia Ducum Consiliarius aulicus.

GEORGIUS Duderow / Monasterii Principalis S. Clarae in
 Vrbe

Urbe Vratislaviensi Silesiorum *Consiliarius & Cancellarius*, insignia nobilitatis meruit ab Imperatore Romano, obiit A. 1604.

IOHANNES Neuman / *Episcopalis Dicasterii Camminensis Advocatus ordinarius*, denatus A. 1605. d. 11. Novembr.

IOHANNES FRIDERICVS Plate / in Parchow & Sager hereditarius, *Consiliarius Ducalis* in Episcopatu Caminensi, & *Capitaneus Arcis Bütovienfis*, nec non R. Capituli Colbergensis *Præpositus* moritur d. 1. Maji A. 1606, postquam uxor ejus Lucia Puffamerin / *Alexandri Puffammers F. & Matthæi Priken Cos. Colberg. ex Filia Neptis* eodem anno die præcedente, nempe 30. Aprilis ex hac vitâ decesserat.

PETRUS RIVIVS, *Civis Colbergensis*, in *literaturâ græcâ & latinâ*, *prosa & ligatâ doctissimus*, uti inter alia testatur ipsius carmen *græcum in Caput LII. Esaiæ Prophetæ*.

SIMON Adebahr / *Iohannis Præpositi & Cos. ex Elisabethâ Rangin F. Illustris. Wachimi Caroli, Brunsvicens. & Luneburgensium Ducis Aula Magister & Chiliarcha* in bello Hungarico A. 1597. postmodum etiam *Sereniss. Elector. Brandenburg. Præfectus aula*, in Büßow hereditarius. *Vir literis & armis inclitus*. obiit A. 1608 d. 10. Septembr. ætatis 54. cælebs.

CASPARVS Range / *Iohannis Salinarum Possessoris ex Catharinâ Teitin F. Celsissimor. Pomeran. Ducum apud Dicasterium Belgardense Præses* A. 1575. postea *Camerarius denatus pie* A. 1608. d. 20. Aprilis; hujus ex *Anna Thomin filius PAVLVS Range* *Consul per 28. annos & Dicasterii primùm Ducalis, dein Sueco-Regii, demum Electoralis Brandenburgici in ulteriores Pomeraniâ quod Belgardia est, Protonotarius ultrariginta annos fuit*, obiit A. 1658.

d. 6. Maji ætat. 73. Ex Regina Rangin *Nepos CASPAR - LAURENTIVS Range* / *L. V. Licentiatus promotus in Academiâ Marchie Francofurtanâ* A. 1664. d. 4. Novembr. *Dicasteri Belgard. Protonotarij con-*

HENNINGVS Hohenhausen / *Georg Camerarii ex Annâ von* *Blantenburgin F. Celsissimo Dn. Casimiro Duci Pomeraniæ à*
mini-

ministeriis aulicis politicioribus (Hoff-Zunder) hereditarius in Dänm
mark / obiit. A. 1610.

CHRISTOPHORVS RADTMANNVS, D. Bartholomæi,
Syndici Fil. & D. Bartholomæi P. P. Francofurt. Frater natu
major. V. sup. pag. 13. Iurium Doctor eorundemq; Profesor publ. ordina
rius in Vniuersitate Francofurtanâ ad Oderam primum: inde Senatus
Populiq; Vratislaviens. in Silesiâ Syndicus, atq; S. Cesar. Majest. nec
non illustris. Ducis Ligio-Brugensium Consiliarius preclarissimus, he
reditarius Dominus in Katern / obiit. A. 1611. vid. Christoph. Nean
dri Oration. funebr. Dec. 1. Orat. 5. pag. 68.

GEORGIUS Barchemin / Colbergensis Pomer. Nobilis, ita
in scriptus est in Matriculam Academiæ VVittenbergensis A. 1567.
vid. Gotfr. Svevi Acad VVitteberg. ad hunc ann. Siegfredi Cos. ex Ca
tharinâ Stormin. F. Georgii Civis Colberg. in Lasse & Plümenhagē
hereditarii ex N. Rangin N. urbis patriæ Senator & Scholarcha, con
cessit fati A. 1612. ἀπαύς

NICOLAUS Schleiff / Henrici Salinatoris ex Annâ Brös
cherin F. in Camera Imperiali immatriculatus Notarius Casareus au
thenticus, Civitatis patriæ Senator, & Dicasterii Episcopalis, quod
Cöslini tum temporis erat, Advocatus ordinarius, mundo valedixit
A. 1613. d. 19. Septembr.

M. IOACHIMVS SEGERVS, primum Znaymi Moravo
rum Archidiaconus A. 1614. deinde Pastor primarius ibidem.

EVSTACHIUS Range / Leonis, Senatoris F. Illustr. Dn.
Davidis L. Baronis ab Ungnaden Consiliarius & Ephorus A. 1587.
postea Serenissimorr. Austria Archiducum Aula Mareschallus &
Consiliarius in Arce Lynzensi in Styria. obiit A. 1615.

MATTHAEVS à Puttkamer / Alexandri Salinator ex N.
Pribin F. Nicolai Consulis ex Dedula Rangin N. Reg. Maj. Daniæ
& Norvveg. Consiliarius & Legatus, hic ex Elsa von Waschal / Sue
nonis à Waschal / Consiliarii regii in Dania & Anna Ribbings / e
questri



questri familia nata, Filiâ genuit HINRICVM à Puffamer / Con-
curionem in bello contra Rusfos. nec non ALEXANDRVM
Puffamer Capitanum regium Christianopoli in Daniæ Regno.

NICOLAUS Puffamer Alexandri Fil. & Matthæi Frat. Col-
sis. Pomoran. Duci à Ministeriis aulicis in Arce Stetinensi.

BALTHASAR Schnelle / Balthasaris F. Iohannis Fr. de quo sup.
p. 12. Iohannis Nohentausen Cos. ex fibia N. Illustris. Ducis Francisci
Consiliarius in Episcopatu Camminensi, nec non Collegiatæ Ecclesiæ
Colberg. Scholasticus, in Panten & Normes hereditar. A. 1615.

M. IOACHIMVS Edeling / Petri Superintend. Episcop. F.
Ecclesiæ Camminensis Pastor A. 1594. Ad D. Georgii & Nicolai heie
Pastor vocatus A. 1603. d. 13. Februar. denatus A. 1616. d. 24. Iunii
ipsa die Iohannis Baptiste.

IOACHIMVS Pribe / Matthæi Cos. Fil. & Valentini Camera-
rii Frat. nec non Valentini Senioris, Illustris. Ducis Barnimi Cancel-
larii ex fratre Matthæo Nepos. Ducalis Capitanus Iulini, deinde
Consiliarius etiam Provincialis, & Capitanus Rügenvaldensis in
Ginnow & Reckow hereditarius.

COSMVS Böttcher / Urbis patriæ Secretarius vocatus A. 1589.
postea Senator & Camerarius Colbergensis, obiit Costini apud Generum
Lucam Gastrovium Syndicum ibidem A. 1617. d. 12. Martii.

JACOBVS Schleiff / Iohannis Salinarum possessoris ex Helena
Tehmarin F. Publicus & in Camera Spirensi immatriculatus
Notarius, in Palæopoli Dantiscana Sub iudex atq; Scabinatus ibi-
dem Secretarius, obiit A. 1617.

M. ADAMVS Villschius, Eccles. Belgardensis Pastor &
Præpositus A. 1617.

IOHANNES Tehmar / Henningi Salinatoris ex Catharina
Calsoin F. Ecclesiæ Pastor apud Engelsterenses in Ducatu Brunsvi-
censi.

NICOLAUS Calsov, Martini ex Catharina Bulgrini Fil.

C

&

& Christiani Cos. Colb. Frat. Episcopalis Dicaster. Advocatus, Civitatis
Coslinensis Vice-Syndicus & Senator, obiit hęc Colberga A. 1619. d. 9.
Octobr. atat. 50.

CHRISTIANVS Crolow / Danielis Salinatoris ex Elisabetha
von Stöpentin in E. Dicasterii Episcopalis Advocatus, Civitatis pa-
triae Senator electus A. 1606. obiit A. 1621. d. 7. Martii.

HENRICVS Engelbrecht / Episcopalis Dicasterii Coslinensis
Advocatus obiit A. 1623. d. 17. Martii.

PETRVS Tesmar Petri F. primum Pastor in Streiß / deinde
ad D. Nicolai & Georgi, deniq; Ad Spiritus S. itemq; Gertrudis in
patriâ Pastor, obiit A. 1623. d. 17. Martii.

HERMANNVS Brunschweig Georgi Cos. ex Anna
Tesmarin F. I. V. Doctor, Civitatis Stetinensis ad Oderam Syndicus
vocatus A. 1620. denatus A. 1624.

SIMON Berhard / Laurentii ex Gertrude Rangin F. I. C-
tus, in patriâ Senator electus A. 1603. postea Camerarius, vir antiquâ
fide & moribus, nec non eximiâ eruditione, atq; autoritate præ-
ditus, Privilegia, Leges & Statuta Civitatis patriae fideliter colle-
git, & in ordinem redegit A. 1610. obiit A. 1625. d. 7. Augusti.

AMBROSIVS Tesmar / Ambrosii Salinatoris ex Sophia
Dargahin F. I. C. tus, Civitatis patriae Senator electus A. 1596. deinde
Camerarius & deniq; Consul, obiit A. 1625. d. 27. Octobr. atat. 63.
Hönningus Schuzius in Philothecâ anagramm. sub Tit. Colberga Po-
mer, commendat eum his versibus.

Ambrosio Vita Tesmaro stamina rupis
Atropos, ingenti nec fuit aequa viro
Quantumvis Romam, Latyq; palatia Patris
Vidisset, sedes, & Machomete, tuas.

LIBORIVS Tesmer / Ambrosii Senioris, Fil. & Ambrosii
Cos. Frat. Natus A. 1554. Ducum Brunsvicensium Consiliarius Guel-
ferbyti.

CHRISTI-

CHRISTIANVS Friese / *Episcopalis Dicastrii Cöslinensis Ad-
vocatus, denatus A. 1626. d. 4. Iunii.*

VALENTINVS Lange / *Matthaei Sartoris F. Pontificis Roma-
ni Medicus Romæ, ex Lutherano Papista perfidus.*

ANDREAS Bulgrin / *Iohannis Cos. ex Luciâ Bröckerin
F. I. V. Doctor, Civitatis Colbergæ Syndicus A. 1602. Celsissimi
Ducis Curlandiae & Semgallia Consiliarius vocatus A. 1604. obiit
hinc in Curlandiam A. eodem d. 1. Augusti. A Reverendis. & Cel-
sissimo Dn. Francisco, Duce Pomeran. & Episcopo Camminensi Con-
siliarius intimus, & Cancellarius in Episcopatu, & Eccles. Collegi-
ata Colbergensis Capitularis designatus A. 1610, d. 18. Maji Coslinum
concessit, & postea à Reverendis. & Illustris. Duce Ulrico, Episcopo
Caminensi pagos Neuenhagen & Lütken-Streik in feudum accepit,
obiit Guelpherbyti, quo cum Illustrissimâ Ducissâ Neo-Stetinensi Ora-
tor concesserat, A. 1628. Unicum habuit filium IOHANNEM,
quem ex Anna von Heinrichsdorffin suscepit, hic ex Margarethâ
von Pustarin iterum genuit filium unicum **ANDREAM FRANCIS-
CISCUM**, in Lütken-Streik hereditarium, V. I. in Academia Fran-
cofurtanâ Cultorem industriam, meum in studiis humanioribus olim
commilitonem suavissimum, qui ibidem extinctus est morte A. 1668.
d. ult. Decembr. & cum eo tota hac nobilis Bulgrinorum familia. Exu-
via ejus Francofurtô Colbergam deportata, & in avito monumento ad
Templum Collegiatum B. Mariae terra mandata sunt A. sequenti d. 8.
Martii, Epitaphio cum effigie & Insignis Majorum super imposito.*

AETERNITATI

Sacratoque Cineri Sacrum,

Noli nobile præterire **MARMOR**

VIATOR

Asta, & si vacat, lege **PAVCVLA,**

MVLT A ut rescisgas.

C. 3

Cni

Cui GENVS & NOMEN à gente:
BULGRINIA
ANDREAS FRANCISCVS

Antiqua generis Profapia,
 Eruditione multijuga,
 Generosa virtute

NOBILISSIMVS

IVVENIS

H. S. E.

Quem

Annus M DC XXXVI. Mens. Octobr.:

Huic Orbi,

PARENTIBVSQVE

Dedit:

COLOBRECA nostra

Ad ADOLESCENTIAE annos usq;
 nutrit,

Hinc abeuntem,

GRYPHICA Celeberrima,

Magniq; Praeceptores:

& post

FRANCOVRTANA,

ACADEMIAE,

Clarissimiq; Doctores

Susceperunt.

& jam

WÜRTEMBERGICA

Illam, quæ

TVBINGÆ

est,

Digna:

Digna tanto juveni!

Academia

expectabat,

Sed &

SVMMVM illud NVMEN

ad se evocabat.

Quid agendum?

MORBVS (5. Iduum Decembris) desiciebat,

Invitabant SYMPTOMATA:

MENS jamdum astra tenebat:

CORPVS tantumangebatur:

ANIMA ad COELVM aspirabat:

PARENDVM.

Itaq; Pridie Calendarum Januarii A. 1658.

Cum ANNO VITAM mortalem,

& GENVS

Claudebat,

Cum NOVO, NOVAM

h. e.

COELESTEM

inchoabat.

FATA

QVINTVM ante LVSTRVM fila secuere,

Quid obstupescis? an novum & mirum & tibi??

FVIT.

FVIT. FVIT.

Non est,

nisi esse dixeris

Quem mortuum viva omnis aetas efferet.

Qui fles talia ne fleas

VIATOR.

Si HOMO es,

Id quodes,

C. 33

Semper r

Semper te esse cogita
 Requiem precare LECTOR & felix
 ABI.

Affectus testandi ergo
 Posuit
 CONRADVS TIBVRTIVS Range.

VLRICVS Gussmar / Laurentii Senatoris ex N. Danibin
 F. Philosophia & I. V. Doctor, urbis Colberga Syndicus A. 1594. po-
 stea Consiliarius Ducalis Pomeran. & deniq; Senator Civitatis pa-
 tria Colbergensis A. 1617. edidit Commentarium in celebrem L. Rem
 majoris precii 2. C. de rescindenda vendit. obiit A. 1628. d. 20. Octobr.

M. VALENTINVS Scherping / Scholæ patriæ Con-Rector A.
 1594. Ad Spiritus S. & Gertrudis Pastor ordinatus A. 1600. d. 18.
 Septembr. Lycei Colberg. Rector introductus A. 1601. d. 19. No-
 vembr. emeritus privatam vitam agere ipsi placuit A. 1619. denatus
 A. 1628. d. 23. Octobr.

PETRVS Döpfe / Petri Salinatoris ex Marthâ von Puffas
 merin F. illustris Dicasterii Belgardensis Protonotarius, obiit A.
 1628. ex uxore suâ Annâ, Caspari Kanger Ducalis Pratoris Belgard.
 filiâ inter alios liberos suscepit **IOACHIMVM Döpfen** / qui à
CHRISTINA, REGINA SVECORVM in ordinem Nobilium
 Regni cooptatus, & Liliens Döp cognominatus, Praefectus Sveco-Regius
 in Neuen-Stettin primùm: deinde Commisarius bellicus in expe-
 ditione versus Poloniam, obiit A. 1655. **PETRVM** Archi-Dicasterio-
 rum Sveco-Regis & Elector. Brandenb. in Pomeran. Advocatum,
 illustr. Dicasterii Belgardens. Protonotarium, ejusdemq; Civitatis
 Consulem & Syndicum, obiit A. 1667. d. 12. Februar.

IOHANNES Röhner / Georgis, Salsmarum Colberg. Secretarii F.

Medi-

Medicinae Doctor, & in Academia Pomeranorum Gryphicâ Professor Publicus, extinctus est Peste circa A. 1630.

CASPARVS Adebahr / Iohannis Praepos. & Cos. ex Elisa-
Berthâ Rangin Fil. atq; Simonis Frater germanus., Vt Arti Mar-
tem eo feliciter conjungeret, primum studiis literarum operam impendit
in Academia patriâ, hinc illustris. Dn. Ernesti Friderici, Marchio-
nis Badensis in Turlach Equitum Magister fuit A. 1590. Deinde cum
illustris. Dn. Francisco, Duce Saxonia, Angria & Guesphalia in
Hungariam contendit, apud quem etiam Aulae Marescalli officium
gesit A. 1597. postmodum à Reverendis. & Illustris. D. Henrico Iu-
lio, Brunsvicens. Duce & elect. Episcopo Halberstad. Capitaneus
400. peditibus praefectus A. 1600. Deniq; ab Episcopatus Caminensis
Statibus Capitaneus Provincialis nominatus, & ab Illustris. Duce
Bogislao XIV. & ultimo totius Pomeraniae Monarchâ confirmatus A.
1627. in rogâ & sagâ peritissimus, hereditarius in Büßow obiit A. 1632
d. 2. Martii aet. 76. Ex Barbarâ Mellin / Reimariâ Mellin / in
Bavaria & Triglaff hereditarii F. inter alios suscepit V Wolfgangum
Dietericû, in novissimo bello Polonico inter Borussia milites Sub-Tribu-
num, hic gloriosus occubuit in acie contra Cosacos & Tartaros in Polo-
nia Regno 1656. atq; Caspar Reimarum, Sereniss. Electoris Saxo-
nia non ita pridem Peditum Capitaneum, totius hujus familiae peran-
tiq; & nobilissima hodie ~~Simpem~~ ~~superstitem~~ unicam, in Büßow
hereditarium.

IOACHIMVS Döpfel / Petri Filii & Petri Protonotarii Bel-
gard. Frat. Urbis Patriae Sub-Syndicus A. 1600. Senator electus A.
1601. d. 2. Ianuar. Celsissimi Dn. Casimiri Ducis Pomeraniae Capi-
taneus Rugenvaldensis vocatus A. 1602. Civitatis Colbergæ Came-
rarius electus A. 1605. d. 5. Ianuarii. praelaudati Ducis Casimiri Ca-
mera Consiliarius & simul Capitaneus Rugenvald. A. eodem, nec
non postea Celsissimi Dn. Bogislai XIII. Capitaneus Provincialis
& deniq; Civitatis Colbergæ Consul electus A. 1624. Hypothecari-
us in Trineße obiit Colbergæ A. 1632. d. 12 Octobr. ἀπαις.

P.ETRUS

PETRVS von Hohenhausen / Hermanni Cos. ex Lucia von
Der Lancken F. Episcopalis Dicasterii Cöslinensis Advocatus A. 1609.
postea Civitatis patrie Consul, Obiit A. 1632.

MARTINVS Parcham Egidii, qui primum Colberga, dein-
de Dantisci familiam habuit, ex Elisabetha Schleiffin F. Reipubl.
Dantiscanae Secretarius, deinde Celsissimi Curlandiae Ducis Con-
siliarius intimus, hic reliquit filium CHRISTIANVM, Ducalem
apud Schrundenses in Curlandia Capitaneum, qui obiit A. 1664.

M. EBERHARDVS Eöcker / Ad D. Georgi & Nicolai Pa-
stor A. 1624. obiit A. 1634. d. 18. Maji.

CHRISTIANVS Schleiff / Michaelis Cos. ex Ursula Pegelosi
win F. Iuris Practicus, Curiae Colbergensis Senator electus A.
1626. obiit A. 1638. d. 28. Ianuar.

SYLVESTER Braunschweig / Georgi Cos. ex Gertrude
Lesmarin F. I. V. Doctor pronuntiatus in Academia Gryphisval-
densi A. 1617. Procancellario Alberto Wakenis / Rectore Magnifi-
co Ioachimo Beringio, S. S. Theol. D. Brabantia Augusto Khaw /
I. V. D. Professoribus publicis. Consiliarius Prr. Pomeran. intimus,
A. 1623. d. 3. Aprilis in Episcopatu, deinde in Ducatu etiam V Vol-
gastano Cancellarius, constitutus & Ecclesiae Collegiate Colbergensis
Canonicus, obiit A. 1638. d. 14. Augusti V Vahrenburgi in Danica
Regno.

IEREMIAS Bielle / Ioachimi Senatoris ex Dorothea Schleiffin
F. Urbis patriae Senator, & Templi Collegiati Provisor electus A.
1614. Camerarius & Consul uno actu creatus A. 1631. vir I Consul-
tissimus, familiae suae ultimus, obiit A. 1639. d. 24. Maji aetat. 72.

MATTHAEVS Engelbrecht / Episcopalis Dicasterii quod
Cöslini erat, Protonotarius.

IACOBVS Hane / Nicolai Salinatoris, ex Barbara Weittin
F. variis per Germaniam, Italiam atq; Galliam itineribus, quae
ipse cum illustribus personis per 20. annos exercuit, subactus, Ci-
vitatibus patriae Senator, electus A. 1625. deinde Templi Collegiati
B. Ma-

B. Mariæ Virginis *Provisor*, & *Iuris Practicus*, obiit A. 1643. d. 19. Decembr. ætat. 58.

IOHANNES Neumann / Christophori ex Barbarâ Calso- in F. *Iur. Vtriusq.* Doctor, & *supremi Dicasterii apud Regimontanos in Prussia Ducatus Advocatus ordinarius.*

CASPARVS IANTHESIVS, *Ioachimi F. Romanâ & Imperiali autoritate Spire immatriculatus Notarius*, Illustr. *Archidicasterii VVolgastani in Pomerania Advocatus* receptus A. 1620. *ludicii Nautici Stetin. Secretarius* vocatus A. 1626. d. 13. Martii. *Ducalis Archidicasterii Stetinensis Advocatus* immatriculatus A. 1628 d. 21. Aprilis. In omnibus Oppidis, Urbibus, Civitatibus & Castris Regni *Polonia*, præsertim verò *Ducatus Prussia liberum causarum agendarum & tractandarum* concessum est ipsi *Exercitium*, & in *iure Consiliis & Patrociniis* cuivis succurrendi licentia data à Rege *Vladislao Quarto* per *Diploma* manu suâ subscriptum, & *Sigillo Regni* communitum A. 1639. d. 24. Octobr. *Mirabilia, delicias & antiquitates Romanas Flaminii Primi de Colle* in Germanicam transtulit linguam, & edidit A. 1629. De *Gubernaculo* item & verâ *Status ratione Nucleum Ioannis Antonii Pallazzi* *Consentini Calabri* ex *Italicâ* in *Latinam* transposuit, & *Dantisci* edidit A. 1637. *Philippi Beroaldi* *Profes. Bononiens. Discursum de Peste* luci exposuit, nec non *Itinerarium* poëticè conscriptum & nonnulla alia. Promisit etiam in *epistolâ* *dedicatoriâ* *Nucleo Pallazzi* præfixa *utilissimum* ejus *Nuclei commentarium* ex *iure scripto*, & *selectissimis Politicis atq; Historicis* congestum, nec non *Iuridicum de Militia Togata Militibus* *Tractatum*, atqve *Itinerarium auctum*, an hæc lucem viderint publicam, haud equidem scio. Tam *Academica*, quàm *Apodemica* fama insignis. Obiit *Stetini* A. 1644. d. 15. *Maji*.

PAVLVS Dami / *Iacobi* *Senatoris*, ex *Margaretha à Rasmesen* *F. Vtrici Cos.* (vid. p. 9) *N. Capituli Colbergensis Decanus*, *Episcopatus Camminensis Administrator*, atq; *Stator subordinatus*, *Triumvir Regens Consiliarius primarius* A. 1623. *Cancellarius*, *Consi-*

D

lia-

Marius intimus, atq; Stetini Iudiciorum Ducal. Præses A. 1639. hereditarius dominus in Strachmin / Ravenstein / Strippe. obiit 1644. d. 16. Iulii.

M. MATTHÆVS MARCI, Eccles. GUSTROVIENSIS in Megapoli Archidiaconus vocatus A. 1640. edidit Hebræam Grammaticam M. Samuelis Bohlii Gryphenberg. Pomeran.

M. IOACHIMVS OTTO, Gymnasia Hallensis in Saxoniâ Collega IV. primus: deinde Phrontisterii Stolpensis Rector in Pomeraniâ, obiit A. 1646. d. 12. Februar.

M. IOACHIMVS IASCHIVS Christophori Mercatoris ex Dorotheâ Rührts F. Lycei Colbergens. Con-Rector introductus A. 1607. Eccles. Collegiatae ibidem à Rever. Capitulo & Ampliss. Senatu Pastor vocatus & institutus 4. Iulii 1615. à Dn. Francisco Duce Pom. & Episcopo Cammin. Synodi Præpositus constitutus A. eodẽ à Dn. Ulrico Duce Pomer. & Episcopo Caminensi Consistorii Eccles. Assessor confirmatus A. 1620. Ministerii deniq; Senior, vir gravis & constans, certè cum è Cathedra Papæorum errores A. 1631. ipso festo Trium Regum confutaret solide, à Cæsareanis, qui tum Colbergam nostram tenebant, bis Sclopeto petitus, divino servatus est patrociniò, unde, ut gratam in DEVM testaretur mentem, sequentia disticha ipse concepit.

SOLVO ubi in æde Tibi Soteria, CHRISTE, fidei
Auro, Thure precum, Myrrha animiq; gravis:
Impetiit medio trux me in sermone Tyrannus,
Sclopeto ignito plumbea tela vibrans.
Puffio nate-recens, cui me & mea sacro, periculum
Divertis rostris. Irrita tela volant.
Cum Satana aura fremat, furat Ate immanibus iris,
Multa mihi terræ, plura minentur aquæ:
Bestia fuste, rota, cruce, Acynace sæviat, igne;
IASCHA sibi In IOVæ DEXTRA ANIMOSVS OVAT!
IMPAVIDÈ HOC IESV præstite niXVS agit!

Virt Vro

Virtute Intrepidum Spiritus Vne facis!
Mirificat Vivax s'Vppeditando Trilas!

Baldas. Timaeus à Guldentlee | hoc ei posuit monumentum.

ET Latine Sermone potens, & clarus Hebraeo
Et Graeco & Patrio Vir facundissimus ore,
Pansophiae lumen, caelestium Mystra sacrorum,
Vrbis delictum COLBERGAE, gloria Templi,
Civis Amor, Patria sydus, solamen egenum
IASCHIVS hanc, fato defunctus, conditur urna.

Sed sequiore sui tantum compagine: Caelo
Nescia Lethaeis MENS obfuscarier umbris
Fulget & aeterna lucis splendore coruscat:
Non minus ac terris parva constantia fama
Et decus & culta vernant pietatis honores.

obiit A. 1648. d. 14 Decembris aetate 66. officii Scholastici 7. Ministerii 34. annorum.

CHRISTOPHORVS Ducherow / Lycei patrii Con-Rector introductus A. 1634. d. 9. Ianuar. ad D. Georgi & Nicolai Pastor vocatus A. 1641. Ad Spiritus S. itemq; Gertrudis Pastor A. 1645. obiit 1649.

IOACHIMVS Ducherow / Ictus, Senator Colberg electus A. 1643. post Consul obiit 1649.

COSMVS von Simmer / in Simmers - Campo / Ioachimi Senatoris ex Iuditha Brunschweigin F. S. Cæs. Maj. Aulicus & Fisci R. Vratislaviens. Praefectus, ingens opus .Cosmographicum diversorum voluminum congescit, à Divo MATTHIA Cæsare A. 1611. d. 10. Octobr. Breslæ unâ cum Fratre Ludovico, & quatuor sororibus, nec non Agnato unico Petro Simmer / Senatore Colbergensib; nobilitatus est, obiit A. 1650. aetate 71. Labet hic ex Baldasaris Timæi de Guldentlee Cas. Medicinal. lib. 3. Cas. 37. p. 173. Viri hujus vitam describere, DN. COSMVS VON SIMMERN

D 2

inquit,

inquit, Sacrae Caesareae Majestatis Aulicus, Frater Socrus mex Gertrudis Simmeriae, vixit annos septuaginta & unum, triennio tamen ante mortem mortuus: Qui enim toto vitae decursu humanissimus, hospitalis, facetus, ocio inimicus, ut plurimum historiarum lectioni vel corporis exercitiis, aut aedificiorum structuris & hortorum culturae, deditus, miram quadam & subitam metamorphosi omne consortium fugere, averfari, intra privatos parietes latitare, nihil amplius legere, vel scribere, aut aliud quid agere, sed modo instar Clinici plures dies decumbere, modo per coelavia hinc inde ambulare, & quod mirum etiam ab omni sermone & colloquio abstinere, nec interrogatus quidem respondere voluit, vitam in perpetuo silentio transigens, quoniam interdum stomachus abundus sat expeditè loqueretur.

Interea nulli planè morbi alicujus aderant indicia, benè ingerebat, digerebat, egerebat, optimo corporis habitu praeditus, nullam partem dolebat, nec mentem laborare satis constabat, sed pertinaciter potius proposito agere videbatur, occasionem solitudini & silentio praebente malo quodam domestico, ut amicorum quorundam erat conjectura.

Discessurus ex hac vita, nutibus desiderium viatici coelestis indigitabat, cujus ab Ecclesiae Ministro particeps factus, placidè obdormivit.

Manes defuncti hoc nostrum posteritati commendat Epicedion:

LEGE VIATOR

STUPESCES

QUIESCIT HEIC

VIR ANNORVM SEPTVAGINTA VNIVS

IPSE DVNTAXAT SEXAGINTA VIXIT ET OCTO

COSMUS à SIMMERN

POLYHISTOR ET COSMOGRAPHUS

ACCVRA-

ACCVRATISSIMVS
 QVI POSTQVAM
 VANITATEM MVNDI
 IN AVLIS REGVM ET PRINCIPVM
 DOMI FORISQVE
 ABVNDE EXPERTVS ESSET
 PERTINACI TEMPORALIVM ODI0 CAPTVS
 DOMI SVAE SPONTE MANCIPIATVS
 PROEVNDISQ; MEDITATIONIBVS IMMERSVS
 MUNDANA OMNIA
 ETIAM AMICORVM OPTIMOS
 AVERSATVS
 INTEGRVM TRIENNIVM
 ANTE MORTEM QVASI MORTVVS
 IN PERPETVO SILENTIO
 SINE VOCE, SINE STYLO
 TRANSEGIT
 DONEC TANDEM
 SENIO AN MOERORE?
 FRACTVS
 LENITER EXSPIRARET
 D.XVI NOVEMB. AN. M. DC. L.

Hactenus à Gùldenlee-

*EGIDIUS van der Wyle / Secretarius Civitatis Colberg. A.
 1629. Senator electus. A. 1631. Elector: Regiminis Brandenburgici in
 Ducatu Pomerania Orientalis & Principatu Camminensi Archivarius de-
 signatus A. 1651. Edidit A. 1633. Tractatum, quom Oblectationem
 vite rusticae inscripsit, cujus editio A. 1661. iterata est, Christoph.
 Förstnerus in Notis politic. ad Cornelii Taciti lib. 12. Cap 43. ibi Frugum
 quoq; egestas &c pag. m. 208. commendat Autorem scriptumq; hoc ver-
 bis sequentibus: Agriculturae laudes & encomia hic decantare su-
 perflu-*

D 3;

perflu-

perfluum est. Fecit id nuper post innumeros alios elegantis & politici vir ingenii Aegidius Vandermylius initio libelli, quo raris oblectationes cultissimo stylo descripsit. Obiit A. 1652. d. 23. Novembr. pralaudatus à Guldenslee Cas. Medic. lib. 1. Cas. 13. pag. 29. honorat cum titulo viri ad invidiam docti, & in omni scientiarum lingvarumq; genere peritissimi, & sequentem addit Epigraphen.

EGIDIUS van der Myle/
 EX NOBILI
 ET IN BATAVIS FLORENTISSIMA MYLIORVM
 FAMILIA NATVS.
 VIR ACERRIMI IVDICII, ET ADMIRANDAE ME-
 MORIAE
 POSTquam
 IN HOC MVNDI THEATRO
 NON ALIPTES AVT PALAESTRITA
 SED ALMAE THEMIDOS IVRIVMO;
 CONSULTVS
 ORATOR, POETA ET HISTORICVS
 VNDIQV. AQVE CONSUMMATISSIMVS
 PERSONAM
 DECORE ET IMMORTALI NOMINIS GLORIA
 ANNOS LVIII.
 SVSTINVISSET
 PRAECIPITI FATO
 AD COELESTIA VOCATVS, FVLGET
 IN PERPETVAS AETERNITATES.

M. ANDREAS SCHOLASTICVS, Gregori P. & P. F. Au-
 lae Episcopalis Cöslinens. Concionator, inq; Episcopatu Pomerano-
 rum Camminensi Vice-Superintendens, Obiit A.

JACOBUS Estelker / Martini F. Archidiaconus Stetinensis, & alio-

*ram in Pomeraniâ illustriam Advocatus, atq; Scabinatus Stetinensis
Adfesor, obiit A. 1654.*

M. GEORGIUS Schleiff / *Melchioris Salinator. ex Lätgart
Beggerovvin F. Logices & Metaphys. Profesor publicus ordinari-
us in Academiâ Pomeranorum | Gryphicâ vocatus A. 1651. d. 24. A-
pril. obiit A. 1657. ætat. 33. ei in Professione successit D. Daniel La-
gus, Colberg de quo infra.*

NICOLAUS Hane / *Iacobi Senatoris ex Catharinâ Tesh-
marin F. ArchiDicafterii Elect. in Ducatu Pomeran. & Principatu
Caminensi Advocatus receptus 1653. Secretarius Respubl. patria eo-
dem vocatus, obiit 1657. d. 16. Junii ætat. 34.*

IACOBVS TELLIOR, *Iacobi Mercatoris F. Philosophiæ & Me-
dicinæ Doctor, Treptox dein Iulini, deniq; Gryphenbergæ Pra-
cticus, periit igne in Incendio ibidem A. 1658. d. 31. Martii.*

VLRICVS Gubmar / *D. Vlrici, de quo s. p, 22. F. Electoralis
Camera Brandenburgica Berlinensis Protonotarius, Fratres habuit Io-
hannem & Polycarpum, Viros doctissimos, variis per Europa Regna
& Provincias peregrinationibus experientissimos. Finivit triaga hæc fra-
trum literatorum in coelibatu vitam hic in Galliâ, ille Elbinga Borus-
sorum, iste Berlini in aulâ Electorali. Beneficio, ut vocant relicto pro
pauperibus.*

PETRVS Engver / *Petri Pannificis F. Reipubl. Magdebur-
gensis Syndicus A. 1635. post triste istius urbis excidium ArchiDi-
cafteriorum Syeco-Regiorum in Provinciis Germanicis Advoca-
tus & Practicus, obiit Stralsundi A. 1662. encomium hujus viri ex-
stat in Hönn. Schuzii, Veterum Slavorum hodiè Pastoris, Poetæ
ingeniosissimi Philoth. Anagramm. sub. Tit. Invieta Pomeranor.
Sunda.*

PETRUS ENGEVERUS, ICTVS.

TV GENIVS RECTE PVRVSES.

P*Vrvs es Astræ Vates, Charitumq; Sacerdos;
Et Genius Clarû purus, AMICE, DEI.*

CUR.

Cur non ergo Tibi rectè Bona quæq; precaver,
Cui Bonus æternam quisq; precatur opem.

FRIDERICVS Schulze / D. Balthasaris ex Vrsula Cro-
lowin F. Medicinæ Practicus, Lycæi Colberg. Rector introductus A.
1641. d. 18. Maji, obiit 1663. d. 27. Martii.

M. NICOLAUS Lange / Iohannis Salinatoris F. in Insulâ Vse-
domensi Pastor, obiit A. 1664. ætat. 57.

CASPARVS Jüncker Melchioris F. Civitatis Prentzlow. in Mar-
chiâ Brandenburg. Syndicus primum: deinde in Paleo Brandenb. Iu-
dex Provincialis & Aulicus (Land- und Hoff-Richter) obiit 1665.

M. SIMON IANICHIVS, Ecclesiæ Pastor apud Gottesval-
denses in Insula Dantiscanâ A. 1636 deinde ad S. Angelos Danti-
sci verbi divini Minister, edidit A. 1636 Prolegumena catechetic.
A. 1655 Epigrammatum Christianorum Centurias XII. obiit
1665.

MATTHÆVS von Brunschweig / Georgi Cos. ex Ger-
thrude Tesmarin F. I. V. Doct. Vir variis peregrinationibus per Itali-
am, Galliam, Angliam, Belgium, Germaniam deniq; exercitissimus,
A. 1629 DN. Bogislaus XIV. & ultimus Dux, totiusq; Pomerania
Monarcha, cum Gedani degeret, & belli tempestate patriâ exulare co-
geretur à consiliis sibi domi expediendis (Kath von Haus aus)
ipsum constituit. A. 1631 in numerum Consiliariorum aulicorum &
Consistorialium receptus. A. 1639 Rev. Capituli Colbergensis Canonicus
in locum Sylvestri Brunschwig, Cancellarii olim Volgastani, Fratris sui
germani, adoptatus. A. 1648 Director judiciorum Episcopaliū à
Reverend. Capitulo Eccles. Cathedralis Camminensis constitutus. An-
no deniq; 1653 Serenissimi Elect. Brandenb. Consiliarius in Pome-
ranix Ducatu, & Camminensi Principatu, intimioris admissio-
nis & Regiminis Elector. vocatus. obiit A. 1665. d. 6. Martii ætat.
71. Bald. T. von Guldentlee hoc ei posuit monumentum.

B. M.

B. M. S.

MATTHÆUS von Brunſchweig

AVITIS NATALIBVS

NON MINVS

AC VIRTUTE NOBILIS,

VLTIMI POMERANORVM

EX ILLVSTRI GRYPHVM PROSAPIA

DVCIS

NOVISSIME ETIAM SERENISSIMI

ELECTORIS BRANDENBURGICI

CONSILIARIUS

ECCLESIAEQ; COLLEGIATAE COLBERGENSIS

CANONICVS

PIETATE, IVSTITIA, MVLTISQ;

IN PATRIAM MERITIS

CONSPICVVS

LXXI. ANNORVM

SENIO LENTAQ; TABE

CONFECTVS

QVOD MORTALE FVIT

HEIC DEPOSVIT

MENTE COELO TRANSCRIPTVS

VIVIT ET VIVET

ETIAM CVM TV MORIERE VIATOR.

*Mr AVRITIVS Böhme / Georgl, Salinarum possessoris F.
Londini in Anglia Regno primùm: deinde Nationis Anglicanae in Vr-
be Amstelodamensi Pastor, obiit A. 1665.*

*MARTINVS Bolesmann / Iohannis Mercatoris ex Elisabethâ
Gutzmerin F. Treptoviensis ad Regam Scholæ Rector vocatus A.
1642. In ordinem Advocatorum supremi in Pomeraniâ Dicasterii
Electoralis, quod Colbergæ est, receptus A. 1654. Senatorum Civita-*

E

tis

ris patriæ collegio adscriptus A. 1655. Denatus A. 1665. d. 31. Augusti, ætatis 54.

IOHANNES EDVVARDVS TIMÆVS à **Güldenstee**/
Baldasaris Cos. ex **Iudithâ Kundenreichin** F. **Philosophie & Medi-**
cine Doctor in **Academia Italia Patavinâ** creatus A. 1655. in **Neu-**
garten / Kükensow & Rosenberg hereditarius, excessit ex hac vitâ
A. 1667. d. 30. Novembris, ætatis 40. & unâ cum uxore suâ **Sophiâ**
Kleistin / Godofredi Kleisten / Nobilis March. hereditarij quondam
in **Rickow & Herrens Dorff** ex **Mariâ à Mi denisen** F. qua paulo
ante nempe d. 2. Octobr. ejusdem anni vitam cum morte commutaverat,
raro exemplo heic terra mandatus est A. 1668. ipso festo **Trinm Regum.**

EGIDIUS Heidemann / Ioachimi ex **Elijabethâ Belisin** F. va-
riorum judiciorum in patriâ primùm **Secretarius.** In ordinem **Se-**
natorium cooptatus A. 1647. **Camera** admotus & **Schblarcha** nomi-
natus A. 1661. **Consul Colbergenf.** electus A. 1665. vitæ pausam fecit
A. 1668. d. 9. Julii, ætatis 59. **Hönningus Schuzius** in **Philoth. Ana-**
gramm. sub **Tit. Colberga,** hoc elogio eum ornavit.

EGIDIUS HeideMann:

AD INGENIVM DEI ES.

Verba Charis, Venus Ora, Themis Tibi Pectora fecit,
Eantor: ad ingenium factus es ergo DEI.

Hinc Themis, inde Venus, Charis inde precatur, ut ipsum
Curet ad ingenium TE DEVS ipse tuum.

HINRICVS Wilde / Davidis Mercatoris, ex **Barbarâ Höpf-**
nerin F. **Electoralis ArchiDicastris** in **Ducatu Pomerania & Prin-**
cipatu Camminensi **Advocatus** receptus A. 1653. denatus A. 1668. d.
30. Septembr. ætatis 46. cum dimidio. pie defuncto sequens ex merito
positus.

EPITAPHIVM.

HINRI.

HINRICUS VVILKIUS

HIC, SITUS, EST.

QVI. NATVS. COLBERGAE. ANNO. MILLESI-
MO. SEXCENTESIMO. VICESIMO. SECVN-
DO. XI. CALENDAR. MAII. POSTQVAM. SEX. ET.
DECEM. ANN. IN. ELECTORALI. CVRIA. HEIC.
ADVOCATI. PARTIBVS. SINGVLARI. FIDEI. ET.
PRVDENTIAE. LAVDE. ESSET. PERFUNCTVS.
ATQVE. OB. ID. NEC. NON. INSIGNEM. CAN-
DOREM. ET. RECTI. STUDIO SVM. ANIMVM.
GRANDE. SVI. DESIDERIVM. APVD. OMNES. BO-
NOS. RELIQVISSAT. IN. PATRIA. ANNO. MILLE-
SIMO. SEXCENTESIMO. SEXAGESIMO. OCTA-
VO. PRID. CALEND. OCTOB. PLACIDE. DENA-
TVS. EST.

BEATI. QVI. MORIUNTUR. IN. DO-
MINO.

K 2

SECTIO.

SECTIO. II.

EXHIBENS NOMINA VIRORVM

DOCTORVM, συγχρόνων ET HOC TEMPORE

VIVENTIVM.

FELIX von Brunschwig, Georgi Cos. Fil. Hermanni (de quo s. pag. 18.) nec non Sylvestri, (vid sup. pag. 24.) atq; Matthæi (de quo p. 32.) Frater. Urbis patriæ Colbergensis Senator & Camerarius uno actu electus A. 1633. Consul factus A. 1636. à Serenissimo Electore Brandenburgico in Pomerania Ducatû & Camminensi Principatu Consiliarius Provincialis constitutus A. 1652.

IOACHIMVS von Hohenhausen / Petri Cos. (de quo p. 24.) F. in ordinem Senatorium Civitatis Colbergæ cooptatus A. 1633. post Sexennium ab Illustriss. & celsissimis Ducibus Silesiæ de Münsterberg & Bernstädt Consiliarius & Capitaneus vocatus, in Silesiam cum familiâ hinc concessit.

MATTHÆVS Liebeherr / Iohannis Senatoris F. Sereniss. Suecorum Regina **CHRISTINÆ** Anno 1643. atq; deinceps Sereniss. Regis **CAROLI GUSTAVI** apud Dicasterium Aulicum & Consistorium Ecclesiasticum Gryphisvaldia in Pomeraniâ Regiâ Consiliarius, Urbis Hanseatica Rostochiensis Syndicus vocatus A. 1657. & hodiè simul Consul & Syndicus ibidem.

IACOBVS GERHARDI. (Gerdt) Iohannis Salinatoris F. Philosophiæ Magister, Templi primarii (zum Münster) apud Herphordenses in Guestphaliâ Pastor & hodie Senior Ministerii.

ANDREAS OTTO. Ertmanni Fil. & Ioachimi (de quo s. p. 26.) Frat. Philosophiæ Magister. Primum Eccles. Rosgartens. in Regio Borusorum Monte Diaconus. Deinde A. 1644 vocatus Pastor & Archipresbyter Rasteburgensis. Hinc in Academiâ Regiomontanâ S. S. Theolog. Professor Publicus Extraord. & Aula Electoralis Brandenburg. Ecclesiastes. Nunc Pastor & Archipresbyter in urbe Borusorum Hollandiâ. Edidit Regiomonti A. 1647. Anthroposcopiam sive iudicium hominis de homine ex lineamentis externis A. 1664. & 1668.

auctior

auctior prodit Lipsia. A. 1649. Geistliches Pflanzgärtlein. A. 1650. Erasmi Roterodami Enchiridion Militis Christiani ex Latina in Vernaculam ab ipso transpositum linguam. A. 1663. Christianoscopiam sive Explicationes Epistolarum Dominicalium & Festivalium idioma germanico, cuius editio A. 1668 iterata est Francofurti ad Me-
num.

DANIEL LAGVS, *Gregorii P. & P.* (de quo infra in Catalogo Praepositorum) *F. Philosophiae Magister* promotus V Vittebergae A. 1635. ætatis 17. optione datâ tertium locum qui Eruditionis vocatur, elegit. Ex Academia Regiomontana Gymnasii Dantiscani *Professor* publicus Mathes. Physices, Logic. Græc. & Poes. vocatus A. 1640. *S. S. Theologiae Doctor* pronunciatus in Academia Gryphisvaldensi A. 1653. Procancellario Ioachimo Volschovio I. V. D. Rectore Petro Stephani I. V. D. Brabeuta Iohanne Beringio S. Theol. D. *Professoribus Publicis.* Sveco-Regiæ Academiae Gryphisvald. *Professor Theologiae* publicus factus A. 1654. Et deniq; in locum pie defuncti M. Georgii Schleiffen Colbergensis, de quo sup. pag. 31. *Logices & Metaphysices Professor* ordinarius simul susceptus est A. 1657. Cum in celeberrimo Athenæo Dantiscano *Profesorem* ageret, edidit sequentia scripta Philosophica, ut Astrofophiam, Mathematico-Physicam, Steichologiam, Meteorologiam, *ψυχολογίαν*, Archeologiam. &c. Gryphisvaldiæ edidit inter alia Commentarium super Epistolam Pauli ad Galatas. 2. ad Ephesios. 3. ad Philippenses. 4. Examen trium confessionum recentiorum à Theologis Reformatis adornatarum, ut Marchiacæ A. 1614. Lipsiensis A. 1631. & Thoruniensis A. 1645. simulq; libri vom Vergleich und Unterscheid der Evangelischen authore D. IOHANNE BERGIO. 5. Vindicias Evangeliorum Dominicalium oppositas Promptuario (*κατ' αντίφρασιν*) Catholico THOMAE STAPLETONI Theol. D. & Professoris Lovaniens 6. Varias Disputationes adversus Marc. Frieder. VVENDELINI Exercitationes pro B. GERHARDO.

IOACHIMVS SCHELENIVS, Philosophia Magister, Sue-
co-Regia Academia Dorpatensis in Livonia Mathematum Professor
Publicus ordinarius vocatus A. 1643.

MICHAEL VVEBERVS, Michaelis F. Oratoria in Gymna-
sio Elbingensi Professor Publicus,

IOHANNES Colberg / Iohannis F. Regiomonti Bonusorum
Philosophia Magister in anno Academia jubileo 1644 creatus. Ex
Academia Lipsica ad D. Petri & Pauli apud Islebienses Pastor, illu-
stris Consistorii Mansfeldensis Assessor, & Gymnasii Inspector ab il-
lustris Christiano Friderico Comite Mansfeldensi vocatus A. 1651. d.
4. Martii S. S. Theolog. Licentiatus renunciatus Lipsia A. 1653. d. 10.
Februarii, Decano & Procancellario D. Iohanne Hülsemanno P. P.
habita Disputatione inaugurali de Syncretismo. Ecclesia patria Colber-
gensis Pastor vocatus atq; Consistorii Electoral. in Ducatu Pomerania &
Principatu Camminensi Assessor designatus anno eodem, M. Majo. Sa-
cra Theologia Doctor inter quinq; primus creatus Lipsia A. 1666. d.
24. Aprilis, Promotore D. Hieronymo Kromayero P. P. Decano &
Compromotore D. Samuel Langio, P. P. & Superintendente Lips. ex-
hibita Disputatione de Libris Symbolicis. In Confessione von den Fal-
schen Propheten / edita A. 1660. in πρὸς Φωνῆσι ad Ministros ver-
bi in Pomerania pag. versa promisit Theologica quadam scripta, veluti
Liquidationem inter Lutheranos, & Reformatam Religioni addictos. Col-
lationem ἐναυτίο Φωνῶν Scriptura dictorum, quae a Lutheranis contra
Reformatos & contra, adhibentur. De Autore, Propagatoribus dis-
sidii inter Luther. & Reform. Tractat. Fundamentorum de Cena. Notas
in Deliberationem Pacis Ecclesiasticae ex Luther. & Reformat. compor-
tatas. Tractatum plenarium de disciplina Ecclesiastica, Poenitentia &
& Absolutione publica. De officio Elenchico Pastorum, &c. Senten-
tias Doctorum, an Reformati apud Lutheranos ad S. Cenam admitten-
di. Libell. vom Verdienst Christi. Von der Christen Trost
in allen Anfechtungen. Von den Göttlichen Verheißungen.
Vom Unglauben.

GEOR-

GEORGIUS Böhme / *Georgi Fil. & Mauricii, de quo s. p. 38*
Frat. Londini in Angliæ Regno Pastor.

GIDEON STROTZKI, *Philosophiæ Magister promotus Gryphovaldiæ A. 1653. In Occidentali Pomeraniâ Pastor Bisdorffianus, nec non Illustris atq; Magnifici Dn. Gerhardi Antonii Rhenschildi Sa. Re. Maj. Sveciæ, dum viveret per Pomeraniam Camera Præsidis, Status Consiliarius, & Academia Gryphicæ Curatoris, Confessionarius ordinarius.*

AMBROSIVS Navin / *D. Ioachimi Syndici, deinde Cancellarii, (vid. infr. Nomina Syndicorum) F. Reipubl. Colbergensis Senator electus A. 1652. Electoralis Archidicasteri Colbergens. Advocatus receptus A. 1653. Iuris Vtriusq; Doctor proclamatus Francofurti ad Oderam Decano & Procancellario Iohanne Brunne-
 manno, I. V. D. P. P. & Facultatis juridicæ Ordinario A. 1656. d. 7. Ianuarii. Serenissimi Electoris Brandenburgici apud Dicasterium aulicum in Ducatu Pomeraniæ & Principatu Camminensi Consiliarius nominatus est A. 1664.*

NICOLAUS von Kalso / *Christiani Cos. qui à D. Ferdinando III. Imperatore inter Nobiles Romani Imperii numeratus est F. ob exquisitam eruditionem à multis hætenus in gravioribus negotiis, quæ Commissiones vulgò vocant, cum fruge adhibitus, Hereditarius Dominus in Rügenow & Sellin.*

CASPARVS COLERVS, *Fabri lignarii F. Eccles. Bardensis in urbe occidentalis Pomeraniæ Pastor A. 1652.*

DAVID VVILLICHIVS, *Ioachimi Pistoris F. dictæ Civitatis Bardensis Secretarius, & Iuris Practicus A. 1652.*

DANIEL Navin / *D. Ioachimi Fil. & D. Ambrosii de quo h. pag. Frat. Supremi Dicasterii Electoralis in Pomeran. Advocatus præstito iuramento constitutus est A. 1654.*

CHRISTOPHORVS Kundenreich / *Christophori, Senatoris F. Urbis patriæ Senator atq; Scholarcha electus A. 1654. Camera-
 ius factus A. 1668.*

VALE

VALERIVS IASCHIVS, *Ioachimi, Past. & Prap. de quos pag. 26. F. S.S. Theologiae Doctorandus Rostochii inscriptus A. 1654. d. 1. Decemb. habitâ Disputatione solenni Soteriologica ex 1. Timoth. II. v. 4. 5. 6. Decano Iohan. Georgio Dorscheo, S.S. Theol. D. ejusdemq; P.P. atq; Ducalis Consistorii Assesore: Lycæi Colbergen- sis Con-Rector constitutus A. 1655. d. 23. Januar. Rector A. 1663. d. 22. Junii, atqve ab eo tempore quo Rectoratum agit Bibliothecæ publicæ in Lyceo patrio, viris doctis opem ferentibus, fundamen- ta jacere cæpit, atq; sic primus *Bibliothecarius* factus, ubi sequens Distichon notatum invenio.*

Auxiliante DEO, Rector cum *Iaschius* esset,
Colberga invenit BIBLIOTHECA locum.

S. S. Theologiae *Licentiatus* creatus A. 1667, d. 7. Maji, Academiae Rostochiens. Rectore Henrico Rudolpho I. V. D. P. P. Consiliario Ducali, Procancellario Henrico Müllerero Theol. D. P. P. Decano & Promotore Augusto Varenio Theol. D. Prof. Consistor. Asses. E- lectoralis Consistorii per Pomeraniam Orientalem & Principatum Camminensem *Assesor* confirmatus eodem d. 28. Martii. Exstant præter Soteriologiam ejus Examen VValenburgiacæ fundamen- torum fidei discussionis impressum Argentorati A. 1652. nec non varia Programmata Biblica ex V. T. desumpta, deinceps conti- nuanda.

CHRISTIANVS BARTHESIVS Ioach. Pistoris. F. *Philosophia* Magister renunciatus VVitteberga A. 1652. d. 16. Aprilis. Ecclesia Merrin. Pastor vocatus & ordinatus A. 1657.

VALENTINVS Priße / *Valentini Salinarum Possessoris F.* Archidicasterii Brandenb. in Electorali Ducatu Pomeraniæ & Prin- cipatu Camminensi *Advocatus* receptus A. 1659. M. Februar. Patriæ Urbis Senator electus A. 1666.

PETRVS Larsson von Blumenfeld / Petri, Sæ.R. Maj. Sveciæ Cōmissarii bellici, qui à CHRISTINA Regina Svecorum inter No- biles

biles Regni A. 1652 cooptatus est F. Edidit *Annotationes Historico-Politicæ in Cornelium Nepotem* A. 1661. Colbergæ.

CHRISTOPHORVS IASCHIVS, M. Ioach. F. Valerii Frat. Reverendissimi atq; Illustriss. Electoris & Archiepiscopi Moguntini Dominatus Bönningheimensis in Ducatu VVürtembergico *Præfectus* A. 1661.

NICOLAVS Gohahr / Michaelis Advocati & Senatoris F. In numerum Advocatorum *supremi Dicasterii Electoralis in Pomeraniâ Orientali & Principatu Camminensi adscriptus* A. 1662. d. 22. Septembr.

CONRAD-TIBVRTIVS Kange / Ioachimi Camerarii F. *Frater meus germanus.* Philosophiæ *Magister* pronuntiatus VVittebergæ A. 1659. d. 13. Octobr. Berlinens. *Gymnasiarcha* vocatus A. 1662. Collegi Svecæ Regii Carolini novi, quod Stetini est, Philosoph. *Profesor Publicus* factus A. 1667. & Sæ. Ræ. *Majest. Sveciæ* auspiciis introductus A. 1668. d. 6. Februar. Edidit *Illustrium Urbis & Imperii Conditorum ROMVLI & C. I. CAESARIS vitas Philologico-historice descriptas* A. 1661. *Tractatum de Capillamentis* A. 1662. *Disertationes Philologico-Theologicas collectas* A. 1663. *Tract. de Curculionibus* A. 1665. *Nucleum Institutionum Physicarum IOH. SPERLINGII* A. 1666. *Matzologiam Papisticam, seu exactam controversiarum Anti-Pontificiarum Synopsin* A. 1668.

HERMANNVS Schweder / D. Iohannis, primùm *Syndici*, deinde *Consiliar. Elect. V. inf. Nomina Syndicorum. F. Vtriusq; Iuris Licentiatus renunciatus* Tubingæ A. 1662. *Supremi Dicasterii in Pomeraniâ Electorali quod Colbergæ est, Advocatus receptus* A. 1663. d. 2. Septembr. I. V. *Doctor salutaris est* Tubingæ A. 1666. d. 24. Octobr. *Rectore Ioh. Vlrico Pregizero Theol. Licent. Cancellario Tobia VVagnero S. Theol. D. & Eccles. Præposito, Decano & Promotore Ioh. Gravio, I. V. D. singulis Profes. Publicis.*

MATTHAEVS Scherping / *Timothei F. Serenissimi Electoris Brandenburgici in Ducatu Prusliæ Auditor* A. 1663. Hodie judi-

cii Aulici in Regio Borusorum Monte *Advocatus* ordinarius &c.
IOACHIMVS LAVRENTIVS *Plene* Ioachimi Pastor. Cœ-
 nobialis atq; Elect. Consistorii Assessoris (Vid. inf. Syllab. Pastore.
 Canob.) F. *Archidicasteriorum Elector. Colbergensis* A. 1663.
Regiomontani A. 1664. *Advocatus ordinarius receptus.*

VLRICVS SCOZAMIVS, Nicolai Cantoris & Lycæi Collegæ
 III. F. *Philosophiæ Magister* pronunciatus *Cryphisvaldiæ* A. 1658.
 d. 12. Novembr. *Pastor* Eccles. in oppido Zachan vocatus A.

SEAMVEL MOIVS, Zachariæ Mercatoris F. *Philosophiæ*
Magister creatus *VVittebergæ* A. 1659. d. 13. Octobr. dein *Faculta-*
ris Philosophicæ Adjunctus ibidem, S. *Theologie Doctorandus* inscri-
 ptus *Rostoehi* A. 1662. *Pastor* & *Præpositus* *Daberensis* vocatus A.
 1663. *Edidit Scrutinium rationalis Theologici* A. 1662.

IOACHIMVS HEIDEMANNVS, Egidii Cos. F. *Philosophiæ*
Magister renunciatus in *Academiâ Argentoratensi* A. 1661. d. 18. A-
 prilis *Lycæi Colberg. patrii Con-Rector* vocatus & *introduc-tus* A.
 1663. d. 22. Iunii.

LAVRENTIVS SCHVVA NTÆVS, Michaelis Salinato-
 ris F. in numerum *Advocatorum Electoralis Archidicasterii in Po-*
meraniâ *prestato juramento* allectus est A. 1663. d. 2. Septembr.

IOACHIMVS Riese / *Henrici Salinat. F. Artium & Philo-*
soph. Magister nunciatus *Argentorati* A. 1662. *Ecclesiæ Zettinen-*
sis Pastor vocatus A. 1664.

EGIDIVS Engver / *Pistoris F. Supremi Dicasterii in Pome-*
raniâ Electorali *Causarum Patronus* seu *Advocatus* *inscriptus* A. 1664.

SYLVESTER von Brunshwieg / *Sylvestri Cancellarii VVol-*
gastani & Canonici Colbergensis, vid. sup pag. 24. F. *Serenissimi E-*
lectoris Brandenburgici apud *Archidicasterium Pomeranicum*
 & *Caminente Referendarius* A. 1664. *Consiliarius aulicus* A. 1667.

LAVRENTIVS Range / *Ioachimi Camerarii Fil. Frater-*
meus germanus. Ex Comitibus Ratisponensibus, quibus in *Comitatu*
blendisima Legationis Electoralis Brandenburgica per *biennium*
 fere.

fero inseruerat, in patriam redux; Statuum Provincialium in Ele-
 ctoralis Pomerania Ducatu & Camminensi Principatu Syndicus
 vocatus A. 1667. d. 20. Decembr. ArchiDicafterii in dictis terris Ad-
 vocatus receptus A. 1668. d. 10. Februar. Vtriusq; iuris Doctor in
 Academia Francofurtana solemnissime renunciatus Rectore Acade-
 mico D. Christophoro Vrsino, P. P. Decano & Procancellario Iohan-
 ne Brunnemanno, Philosoph. & I. V. D. Serenissimi Electoris Bran-
 denburgici Consiliario, P. P. & Facult. juridica Ordinario A. eodem,
 d. 13. Octobris, premissa Disputatione Inaugurali de Privilegiis Paren-
 tum propter liberos & liberorum propter parentes, cuius materia uberior
 tractatio sub prelo est, cui mox d. 27. Octobr. aliam Dissertationem juridi-
 cam de Interventione Tertii an & quatenus ea impediat Executionem
 Sententiae & quando minus, &c. presidendo subiunxit.

HI VIVANT, VALEANT OMNES FELICITER
 OPTO,
 EST OPTARE MEVM, SED DARE CHRISTE,
 TVVM.

COLBERGÆ TOGATÆ

SECTIO III.

SEV

APPENDIX

SISTENS

IN FACULTATE THEOLOGICA
SUPERINTENDENTES.

PRÆPOSITOS.

PASTORES.

IURIDICA

VIROS CONSULARES.

SYNDICOS.

SECRETARIOS.

MEDICA

PHYSICO-MEDICOS.

PHILOSOPHICA

RECTORES.

CONRECTORES.

VBI VBI NATOS, TAM DEFUNCTOS, QUAM SUPER-
STITES.QUI CIVITATI COLBERGÆ IN HOC
ET SUPERIORI SECVLO FIDELIEM
NAVAVNT OPERAM

CATA

CATALOGUS

OMNIVM SVPERATTENDENTIVM, QVOTQVOT AB
ANNO M. D. LVII. IN EPISCOPATV CAMMINEN-
SI ET POSTEA ETIAM ELECTORALI PO-
MERANIA ECCLESIAM CHRISTI
REXERVNT.

GEORGIVS von Eden / dictus etiam Venetus & Ven-
nediger / Patritius Colbergensis nobilis, S. S. Theolo-
giae Doctor. Hujus tempore Consistorium Episcopale
Colbergae institutum est A. 1563. plura v. supra pag. 10.

II. M. PETRVS Edeling / Nobilis Pomeranus, in Academia Po-
meranorum Gryphica Professor publicus A. 1549. Ecclesiae Christi in Pa-
sevalck Pastor A. 1559. deniq; Episcopatus Camminensis Superatten-
dens generalis & simul Capituli Colbergensis Decanus A. 1568. d. 27.
Aprilis vocatus, & à D. Jacobo Rungio, & M. Fabiano Times, in Po-
merania Superintendentibus ordinatus & introductus Colbergae. Diarii
Eberiani continuator Conscripsit etiam Tabulam Gentilitiam Familiaris
in inclita Colbergae A. 1580. pie ex hac vita discessit Colbergae A. 1602. d. 16.
Januar. etatis 80.

III. M. ADAM Hamel / Academiae Gryphisvald Professor pub-
licus A. 1583. deinde Dni. Episcopi Camminensis. Concionator Au-
licus Coslini, deniq; Superintendens generalis vocatus & insti-
tutus A. 1605. placida morte obiit 19. Augusti 1620. & die Bartho-
lomæi sepultus fuit.

IV. IMMANVEL König / Pastor & Praepositus Eccles. Coslinensis
A. 1620. Ad Licentiam Theologiae admisus VVitteberga A. 1621. d.
24. Augusti Praefide & Decano D. Friderico Balduino Theol. P.P.
postea etiam pronunciatum Doctor. Episcopatus Superintendens voca-
tus A. 1621. mortuus Coslini A. 1645. d. 2. Ianuarii, post hujus obi-
tum Vices Superintendentis sustinuit M. Andreas Scholasticus Col-
berg. Concionator Aulicus Coslini, v. sp. 30. donec Pomerania Ducatus Ori-
entalis, & Episcopatus Camminensis Serenis. Electori Brandenburgico
traderentur, &

V. CHRISTIANVS *Grosse* / *V*Vittebergensis Saxo, S. S. Theologiae Doctor, quondam ad D. Mariæ apud Stetinentes Archidiaconus, & Illustris Gymnas. ibidem S. Theologiae & Hebraeae Lingvæ Professor publicus, atq; Consistorii Eccles. Assessor, mox ad eadem D. Nicolai Pastor; Superattendens generalis Electoralis Pomeraniæ & Principatus Camminensis vocaretur A. 1653. Edidit Hebraicam Grammaticam A. 1642. Propheticam Curationem ægrotantis Israelis A. 1643. Disputationes de Auctoritate Pontificis Romani contra Bellarminum A. 1645. Tractatum de fide Christianâ seu Osculamini filium A. 1652. Ehren Rettung des Evangelischen Predig Amptis / A. 1644. omnes Stetini impressi Socinianisch Glaubens Bekänntniß A. 1655. Heiligen Schatz und Nutz des Hochw. Abendmahls A. 1660. de Prædestinatione atqve Omnipræsentia Carnis CHRISTI A. 1660. Bericht von und wieder Zauberey A. 1661. De Dissensu doctrinali A. 1662. Colbergæ excusi Liebe / die größte Tugend A. 1665. item von Christlicher Obrigkeit Ampt und Herrlichkeit / und frommer Unterthanen Pfliche und Schuldigkeit A. 1667. Stetini, & nonnulla alia.

SYLLABVS

OMNIUM PASTORVM ET PRÆPOSITORVM D. MARIÆ
COLBERGÆ, QUI AB ANNO SALVTIS HV.
MANÆ M. D. XLII. ECCLESIAM DO-
CVERVNT.

1. **A**MBROSIVS Zitzovv, Nobilis ex districtu Stolpensi, vocatus Pastor A. 1542. obiit A. 1582. d. 13. Septembr. etat. 68. Epitaphium in Templo D. Mariæ ei positum, in quo Historia Lucæ 10. depicta, adijungo

Ambrosius Zitzovv Colbergæ Pastor in urbe
Isto vivus adhuc ore videndus erat.

Exci-

*Excitum Stolpâ dictam qui venit in urbem,
 Ut fidi Mystra grande subiret onus.
 Ergo ministerio toto cum robore verbi
 Innixus factis prestat & ore fidem.
 Exemploq; sui, vendentes sacra, Magistri
 Hoc templo pulsos, iussit adire stygem.
 Hinc inimica, Patrem venerandum, iurgia, Papam,
 In longos meruit sustinuisse dies.
 Donec victor in his ageret tolerando triumphum,
 Poneret & Trino parta trophæa Deo.
 Innumeris tandem curis superatus & annis,
 Extremum clausit post sua fata diem.
 Huic pia posteritas locat hæc monumenta sepulchro,
 Proxima ne seclum nesciat ista sequens.
 Atq; suo gratâ Pastori mente precatur,
 Ut sit salvandi pars quotacumq; gregis.*

II. M. IOACHIMVS Leveherr (Philostratus) Stargardensis Po-
 meran. à Rectoratu Scholæ patriæ Starg. ad *Pastoratum* in ædem D.
 Mariæ in urbe Colberg. vocatus A. 1583. & ordinatus d. 29. Se-
 ptembr. anni ejusdem. Vitam cum morte commutavit A. 1596. d. 29.
 Octobr. ætatis 49. Minist. 13. Vir staturæ procera.

III. GREGORIUS SCHOLASTICVS, Leoburgensis Pom. Pastor
 & Præpositus vocatus A. 1597 d. 10. Octobr. institutus d. 20 Novembr.
 obiit A. 1614. d. 21. Junii.

IV. M. IOACHIMVS IASCHIVS, Colberg. natus A. 1582. d. 17.
 Octobr. eadem die ac horâ, quâ Prædecessor ipsius Ambrosius Zit-
 zovv terræ mandatus est, vocatus A. 1615. obiit A. 1648. d. 14. De-
 cembr. vide plura supra pag. 26.

V. M. GREGORIUS LAGVS Cöslinens. Pom. primarij Pastor Schon-
 berge in Moravia vocatus A. 1617 ex exilio vocatus Lycæi Colberg. Re-
 tor A. 1623. Pastor & Præpositus NeoStetinensis A. 1630. Pastor &
 Præpositus Colbergensis vocatus & ordinatus A. 1649. d. 30. Decembr.
 vitæ pensam fecit A. 1652. d. 27. Februarii ætatis 66.

VI. D. IO.

VI. D. IOHANNES Colberg / Colbergensis, vocatus A. 1653.
Vide supra pagin. 38.

NOMINA OMNIUM PASTORVM COENOBIALIVM, ET
ARCHIDIACONORVM TEMPLI MARIANI
QVI A TEMPORE REFORMATIONIS
LUTHERANÆ DOCVERUNT.

1.

IACOBVS LABESIUS, vocatus A. 1532. hic Parochiam Cerstin
& Kruckenbeck simul curavit.

II. MATTHAEVS Engelbrecht / Colbergens. vocatus A. 1543
exemptus rebus humanis A. 1593. d. 13. Augusti, Ministerii 50. vid.
sup. pag. 14.

III. GREGORIUS SCHOLASTICVS, Leoburgensis Pomer. vo-
catus A. 1594. antea Pastor Sub-Urbanus ad D. Nicolai & Georgi,
deniq; A. 1597. Pastor & Praepositus Templi Collegiati ad B. Mariam
heic. vide Catalog. Praepositorum.

IV. M. ERASMVS Rauchstede / Palxo-Sterinensis, | Scholæ
Gryphenberg. Cantor primùm, deinde Lycæi Colbergens. Cantor
& Collega III. & deniq; Rector vocatus A. 1594. M. Aprili. Sum-
mus Philosophiæ gradus & dignitas Magisterii ipsi cum 66. Philo-
sophiæ Candidatis collata est in Academiâ V Vittebergensi A. 1595.
d. 8. Aprilis. Vid. Gotfr. Suer. v Acad. V Vitteberg. in Catal. Decanorr.
Facult. Philosoph. Ecclesiæ Cœnobialis Pastor & Collegiat ad B. Virgi-
nem Archidiaconus heic vocatus A. 1597. d. 10. Octobr. ordinatus
d. 10. Novembris. concessit fatis A. 1631. d. 12. Septembr.

V. M. IOACHIMVS Plene / Neo-Treptoviens. Pomer. Lycæi
Colbergens. Conrector introductus A. 1629. Episcopalis Cœnobia Pa-
stor, & ad Collegiatum B. Virginis Mariae Archidiaconus vocatus
A. 1633. Electoralis Consistorii Colbergensis Assessor nominatus & con-
firmatus A. 1663. Ministerii hodie Senior.

NOMI

NOMINA QVORVNDAM PASTORVM AD SPIRITVS S. ET GERTRVDIS, QVOTQVOT MIHI VIDERE LICVIT.

PAVLVS Friese / Belgardenfis Pomeran.
IACOBVS Norden/Livonus, obiit A. 1599.

M. VALENTINVS Scherping / Colbergens. vocatus & ordinatus
A. 1600. d. 18. Septembr. Ad Rectoratum Lycæi patrii vocatus A.
1601. M. Novembr. v. s. p. 22.

IOACHIMVS Wänch / Gryphenbergens. Pomer. vocatus
A. 1601. d. 19. Novembr. ante ad D. Nicolai & Georgi heic Pastor,
obiit A. 1602. d. 27. Aprilis ætat. 40.

PETRVS Lehmar / Colbergens. vocatus A. 1603. antea ad D.
Nicolai & Georgi. obiit A. 1623. v. s. p. 18.

DAVID Sivare / Cöslinens. Pom. vocatus A. 1624. obiit A. 1640.
d. 3. Martii.

IOHANNES Wagenkopff / vocatus A. 1641. antea Pastor Sub-
urbanus. Lentâ tabe extinctus A. 1644. d. 12. Aprilis, A. ætat. 46.

CHRISTOPHORVS Duderow / Colberg. vocatus A. 1645. d.
30. Martii, obiit A. 1649. d. 23. Februar. ætat. 40. vid. pag. 27.

PAVLVS Müller / Cöslinensis Pomer. primùm Rector Stral-
fundia vocatus Angermündiam A. 1628. d. 16. Martii. Hinc post
quinquennium ad Parochiam Crivvensem Pastor vocatus A. 1633.
& Francofurti ordinatus. Post 4. annos Martis injuriâ in Exili-
um pulsus A. 1637. Exul, ad Con-Rectoratum Lycæi Colbergensis
promotus A. 1641. d. 17. Aprilis. Postea ad officium Pastorale D. Ge-
orgii & Nicolai A. 1645. d. 25. Februar. Rursus ad S. Spiritus & D.
Gertrudis Pastor vocatus A. 1650. d. 7. Februar.

ENUMERATIO

OMNIVM PASTORVM AD D. GEORGII ET NICOLAE
IN SVBVRBIO COLBERGENSI DE ANNO
M. D. XXXI.

L.

- I**OHANNES *Alene* / primus Pastor Evangelicus.
II. IOHANNES *Schomaker*. Colbergens.
III. LVCAS *Suel* / hic Ecclesiam zerninensem simul curavit.
IV. M. VVILHELMVS ALBERTI, antea Con-Rector heic.
V. IACOBVS *Nerden* / Livonus, postea Pastor ad Spiritus
S. & Gertrudis.
VI. GREGORIUS *Scholaste* / antea ConRector heic, post
Pastor Cœnobial. & ArchiDiac. deniq; P. & Præp. vid. Catal.
Præpos.
VII. IOACHIMVS *Münch* / Gryphenb. Pom. postea Past. ad
Spir. S. &c.
VIII. PETRVS *Tschmar* / Colbergens. ex Parochiâ Streit-
zensi vocatus A. 1601. post ad Spir. S. & Gertrud. P.
IX. M. IOACHIMVS *Edling* / Colbergensis, à Pastoratu
Camminensis Ecclesiæ huc vocatus A. 1603. d. 13. Februar. denatus
A. 1616. vid. pag. 17.
X. DAVID *Strake* / Cöslinensis. vocatus A. 1617. hinc Past.
ad. S. S. & Gertrud.
XI. M. EBERHARDVS *Löcher* / Colbergensis, A. 1624. o-
bit A. 1634. d. 18. Maji.
XII. IOHANNES PAGENCOPIVS, ex Parochiâ Rützovi-
ensi ad Pastoratum D. Georgi & Nicol. huc vocatus A. 1636. po-
stea ad S. S. v. Nomina Pastorr. ad. S. S. & Gertr.
XIII. CHRISTOPHORVS *Ducherow* / Colbergensis, voca-
tus A. 1641. v. pag. 27. & Nomina Pastorr. ad S. S. sup.
XIV. PAVLVS MVLLERVS, Cöslinensis, vocatus A. 1645.
v. Nomina Past. ad S. S. & Gertrud.

XV. IO-

XV. IOACHIMVS EBERHARDI, Neo-Treptoviensis Pomeranus, vocatus A. 1650. antea Pastor in Colbergensium Colonia Simozelanâ.

NOMINA

Verbi Divini Ministrorum hodie heic docentium.

I. D. CHRISTIANVS Grosse / Witteberg. Saxo, Superattensdens.

II. D. IOHANNES Colberg / Colberg. Past. D. Mariae Virginis.

III. M. IOACHIMVS Plene / Treptoviens. ad Regam, Past. Eccl. Cœnobia. & Archidiaconus ad B. Mariae.

IV. PAVLVS Müller Höslineus, Past. S. Spiritus & Gertrud.

V. IOACHIMVS EBERHARDI, Treptov. ad Regam, Past. D. Nicolai & Georgi

VI. SAMVEL Müller / Wildenbruch. Pom. Catecheta, & Past. Pestilent. ab amplis. Senatus vocatus A. 1661.

IVRECONSULTI QUIDAM, ALIBI NATI, QUI REIPVBL. COLBERGENSI PRAEFVERVNT.

MATTHAEVS Priße / Stolpenfis, natus ex nobilissimâ Pritzi-
orum familiâ, de qua Vid. Ioh. Micrael. lib. 6. cap. 48. Chron.
Pom. voce Prißen/urbis Colbergæ Consul. obiit A. 1577.

IOHANNES Wopersnow / Nobilis Pomer. Senator denatus A. 1577.

GEORGIUS Beliß / Verbenâ Marchicus, Vice-Syndicus, Senator & Secretarius, vitam cum morte commutavit A. 1594.

HERMANNVS Brunshwieg / Palæo-Stetinensis, Urbis Colbergæ Senator electus A. 1577. postea Consul Stetini ad Oderam, obiit A. 1596. v. sup. pag. 9.

IACOBVS Wiechmann / Palæo-Setinensis, I. V. Doctor, & Syndicus, Senator electus A. 1599. vid. Catal. Syndic.

CASPARIUS Jüncker / Cöslinensis, primum Camera Ducalis Secretarius, Senator Colberg. electus, A. 1599. denatus A. eodem.

MICHAEL Cavemann / Stetinensis ad Oderam, Senator electus A. 1600. deinde etiam Camerarius, exemptus rebus humanis A. 1631.

VVOITSLAVS Schulten / Nobilis Pomer. ex districtu Stolpensi, V. Joh. Micra. c. 1. voce Schulten. Secretarius primum Ducalis, deinde urbis Colberga Secretarius vocatus A. 1606. Senatore A. 1613. deniq. Camerarius, denatus A. 1643.

PAVLVS Berg / Palzo-Stetinensis, Senator electus A. 1622. obiit A. 1626. vid. pag. 14.

LAVRENTIUS Henning / Neo-Treptoviens. Pom. Quorundam judiciorum Secretarius primum, Senator electus A. 1627. Camerarius 1650. denatus 1665.

GEORGIUS Friederich / Megapolitanus, Senator electus A. 1654. Templi Collegiati Provisor 1664.

FRANCISCVS Winter / Palao-Stetinensis, ex pranobili & antiquissimâ VVinterorum Prussia familiâ oriundus, vid. Dan. Camerari Chron. Pom. Eccles. lib. 4. cap. 42. pag. 169. & Joh. Micra. Chron. Pom. lib. 4. ad A. 1611. Cap. 6. pag. 49. ArchiDicasterii Electoralis Brandenb. Advocatus A. 1653. Senator Colberg. electus A. 1656.

MICHAEL Gohahr / Bütoviens. Pom. dicti ArchiDicasterii Advocatus A. 1653. Senator electus A. 1656.

NOMINA QVORVNDAM SYNDICORVM COLBERGENSIUM, QVOTQVOT MIHI HÆCTENVS VIDERE LICVIT.

MAGISTER IOHANNES BEAPTISTA, Syndicus fuit A. 1551.

BARTHOLOMAEVS RADEMANNVS, I. V. Doctor, Syndicus A. 1554. postea Academiae Francofurtanae ad Oderam Professor.

for iurium Publicus, & Facultatis iuridicæ Ordinarius, Vxorem habuit Reginam Cnospeliam, quibus Coniugibus, (sunt verba M. Christophori Neandri P. P. Oration. Funebr. Decad. I. Orat. V. pag. m. 67.) quod in admiratione longè maximâ ponendum est, ista divinitus obtigit *εὐτυχοῖα* & in suscipiendis liberis felicitas: ut & filios, quotquot habuerunt, in altissimo honoris & dignitatis gradu collocatos viderint: & quatuor suas filias non nisi Doctoribus elocarint. &c. vid. sup. pag. 13. & 16.

MAGISTER PAVLVS ANDREÆ, vocatus A. 1557. ex hac vitâ decessit A. 1585. d. 22. Iulii ætat. 56. octavo Climacterico.

PAVLVS CVNEDVS, vocatus A. 1586.

VLRICVS Guntmar / Colbergensis, Philosoph. & I. V. Doctor, Syndicus A. 1594. postea Consiliarius Ducalis A. 1596. &c. v. s. pag. 22.

IACOBVS Gödelmann / Lüneburgensis, in I. V. Doctoré promotus VVitebergæ A. 1590. Syndicus Colbergensis VVittebergâ evocatus A. 1596.

IACOBVS Biedemann / Stetinensis ad Oderam, I. V. Doctor, Syndicus A. 1598. Senator electus A. 1599. Hoc tempore Sub-Syndicus fuit Ioachimus Döpfe / Colbergensis. de quo sup. p. 23.

ANDREAS BVLGRIN, Colbergensis, I. V. D. Syndicus A. 1602. Consiliarius aulicus celsissimi Curlandiæ Ducis factus A. 1604. deniq; Cancellarius in Episcopatu Camminensi &c. v. s. p. 19.

IOACHIMVS NAVIN, Neo-Stetinensis Pomeranus I. V. Licentiatus pronunciatus VVittebergæ A. 1594. postea I. V. Doctor & Dicasteris Episcopalis Advocatus Cöslini, Syndicus vocatus A. 1604. Mense Septembr. deinde simul Consiliarius aulicus in Pomerania Episcopatu A. 1621. Episcopatus Camminensis Cancellarius & Consistorii Episcopalis Præses constitutus A. 1629. obiit Cöslini A. 1646. d. 20. Augusti, humatus Colbergæ A. eodem d. 20. Septembris.

IOHANNES Schweder / Cöslinensis Pomer. I. V. Doctor solennissimè renunciatus in Academia Argentoratensi A. 1628. Syn-

dicus vocatus A. 1630. Serenissimi Electoris Brandenburgici apud Dicasterium Aulicum in Orientalis Pomeraniae Ducatu & Principatu Camminensi *Consiliarius*, & Sacri Consistorii ibidem *Director* constitutus A. 1653. pie denatus A. 1667. d. 25. Novembr. ætatis 68.

FRIEDERICVS von Neffen / Hojonis, Cancellari Megapolitani & Academia Rostochiensis Professoris juris primarii F. I. V. Doctor, Archi-Dicasteriorum Electoralium, Cüstrinensis primùm, deinde etiam Colbergensis in Electorali Pomerania Advocatus, Civitatis Colberge Syndicus vocatus A. 1653.

SERIES
QVORVNDAM SECRETARIORVM
CIVITATIS COLBERGAE.

PETRVS Schmitz / A. 1496.

MATTHIAS Sötefock / A. 1532.

THOMAS Engelbrecht / A. 1539.

GEORGIVS Belis / Verbenâ Marchicus, Secretarius A. 1546 fuit hic etiam Vice-Syndicus & Senator, ævum fatale explevit A. 1594.

LAVRENTIVS Rurife / vocatus A. 1586. d. 1. Martii.

COSMVS Bötticher / Colberg. vocatus A. 1589. d. 15. Octobr. post Senator & Camerarius, vid. sup. pag. 17.

IOHANNES HAGIVS, Angultanus, Secretarius fuit A. 1599. Dicasterii Episcopalis *Advocatus* receptus A. 1605. abiit hinc Coslinum A. eodem d. 20. Augusti, Cosline Dantiscum se contulit, & obiit ibidem A. 1609.

VVOITZLAVS Schulten / Nobilis Pomeranus, vocatus A. 1606. d. 20. Ianuarii, postea Senator A. 1613. & deniq; Camerarius, animam Deo reddidit A. 1643.

EGIDIUS van der Wyle / Colbergensis, ex nobilitate Belgicâ oriundus, obiit 1652. v. pag. 29.

NICO.

NICOLAUS Hane / Colbergens. ArchiDic. Advocatus, patriæ
Civitatis Secretarius vocatus A. 1653, occubuit morti A. 1657. v.
pag. 31.

ELIAS PETRVS TVCKSIVS, Gustrovi Megapolitanus voca-
tus A. 1657. Electoral. ArchiDicast. Colbergensis Advocatus re-
ceptus eodem.

Ὁνομασία

QUORVNDAM MEDICORUM ORDINA-
RIORVM, QUOTQVOT HABERIAM ME
POTVERVNT.

IOACHIMVS Hieremberger / Doctor, Physicus Colbergensis A.
Æra Christiana 1552. edidit A. 1554. librum tertium Maccabeo-
rum, quem primus ille ex Gracâ in Germanicam transtulit linguam,
impresus est VVirteberga.

VVENCESLAVS VVELMNITZ, der Arhney Doctor, und
unser bestalter Physicus, sic sonant verba Protocolli Senatorii Col-
bergens. der Gütlichen Handlungen de A. 1561.

GALLVS VVERNERVS, Francofurt. Marchicus, Medic.
Doctor, Poliater Colbergensis A. 1568. postea Physicus Stargardensis.
M. Christoph. Neander Orat. Funebr. Dec. 1. Orat. 6. p. 77.

LAVRENTIVS HELANDVS, Medicinæ Doctor & Profes-
sor publ. in Academiâ Francofurtanâ Poliater Colbergensis A.
1574.

SEBASTIANVS MOLLERVS, Med. Doctor, Poliater Col-
berg. ad Physicatum Civitatis Stargardensis Colbergâ evocatus A. 1583.
teste M. Joachimo Lieveherr in Concione funebri D. Petri Apiani.

PETRVS APIANVS, aliàs Biene / Spirâ Nemes, Iohannis
Consulis ibidem, qui e tenebris Papalibus ad veram Evangelii
Professionem à B. Luthero traditam conversus, & S. Synaxin sub
utraq; specie in Vrbe Imperiali Spirâ inter Senatores primus o-
mnium publicè accepit, quia de causa apud Senatum Spirensem 400.

Impe-

Imperialium pœnam incurrit, ille tamen in agnitione veritatis semel facta constanter perseveravit, Filius Hieronymi, Consulis Heidelbergensis, qui fratrem germanum habuit *PETRUM APIANVM*, Mathematicum in Academia Ingolstadiensi A. 1542. celeberrimum, & ab Imperatore *CAROLO V.* valde adamatum (ex Concione funebri à M. Ioachimo Lieveherren / Pastore ad B. Maria Colberg. D. Petro Apiano habita). Nepos. Medicina Doctor creatus *VVittebergæ* A. 1576. Poliater Colbergensis vocatus A. 1584. Obiit A. 1595. d. 18. Iannarij, ætatis 47.

CASPARVS KELHEIMERVS, Torgâ Misnicus, Philosophiæ Magister, Medicinæ Doctor renunciatus *VVittebergæ* A. 1593. Facultatis Philosophicæ Decanus ibidem A. 1594. ubi uno actu 41. Philosophiæ Magistros solenniter creavit V. Gotfr. Sjev. Academ. *VVitteberg.* in Catalog. Decanorr. Facult. Philosoph. Poliater Colbergensis constitutus A. 1595. obiit A. 1600. d. 7. Novembr. ætatis 33.

BALTHASAR Schulse / Gryphenbergâ Pomeran. Philosophiæ Magister A. 1593. Lycæi Colbergensis Rector vocatus & introductus A. 1598. Poliater Colbergensis ab amplissimo Senatu vocatus A. 1601. d. 28. Iannarij. Medicina Doctor proclamatus *VVittebergæ* A. eodē d. 8. Septembr. Princeps etiam Celsissimorum Pomerania quondam Ducum *CASIMIRI, FRANCISCI, & VLRICI* successivè Medicus, ad dignitatem Senatoriam & officium Scholarchæ admotus A. 1618. obiit A. 1627. d. 27. Martij A. ætatis ante Climactericum magnū quinto.

BALDASSAR TIMAEVS de *Guldentlee / Fraustad. Silesius.* hereditarius in *Neugarten / Rügenow & Rosenberg.* Poliater Colbergensis ab amplissimo Senatu vocatus A. 1624. Philosophiæ & Medicinæ Doctor renunciatus in Italiæ Academia Patavina A. 1626. Urbis Colbergæ Senator electus A. 1629. Camerarius & Scholarcha A. 1644. Consul A. 1661. Serenissimæ quoq; Svesorum Reginæ Viduæ & Serenissimi Electoris Brandenburgici Archiater fuit. Medicus, Orator, Poëta atq; Historicus consummatissimus. Virtute doctrinâ & industriâ suâ ab Imperatore Romanorum *FERDINANDO III.* insignia Nobilitatis meruit. Edidit Tractat.

de

de Dysenteria, de Peste, Casus Medicinales, Responsa & Epistolas
 Medicinales. Obiit piè, satur honorum, honorum, annorum, A.
 1667. d. 7. Maji, ætatis 68. Mortem hujus viri binis hisce deflevi
 Distichis.

TIMAEUS MORITVR. MEDIC. A. PRÆ-
 HONORVS. IN. ARTE.
 (VI. COLBERG. A. PAREM. NON. HABVIT. NEC.
 HABET.

QVOD. FACIAM. TRISTIS. TRISTI. HOC. IN. FVNERE.
 CIVES?

QVO. FLVITIS. LACRYMÆ? NON. QVEO. PLV-
 RA.

FLEO.

ONOMATOLOGIA
 OMNIVM RECTORVM LYCEI COLBERGENSIS,
 QVI AB ANNO M.D. XLIIIX. IVVENTVTEM
 REXERVNT.

I.

IOHANNES BLENNO, Pirizensis Pomer. per triennium in
 Scholâ docuit, ab anno nempe 1548. usq; 1551. in patriâ postea
 Rector.

II. **M. PETRVS COLREPIVS**, Nobilis Marchicus, Michae-
 lis, in Colrepe Marchiæ, & Fundehoff Pomeraniæ pago heredi-
 tarii F. Rector Stolpæ primùm: deinde A. 1552. vocatus Rector Lycæi
 Colbergensis, quadraginta annos iuventutem heic rexit, efflavit animam
 A. 1593. d. 27. Septembr.

III. **M. ERASMVS Rauchstet / Stetinens.** Pom. vocatus A.
 1594. M. Aprili, Archidiaconus ordinatus 1597. d. 10. Octobr. v.
 f. Catalog. Archidiacon. pag. 48.

H

IV. M.

IV. M. BALTHASAR Schulke / Gryphenberg. vocatus 1598
postea Doctor, & Physico-Medicus heic A. 1601. vid. Nomina Me-
dicorum p. 56.

V. M. MATTHIAS Hamel / à Conrectoratu ad Rectoratum
vocatus A. 1601. d. 28. Ianuar. Pastor Banensis eodem anno.

VI. M. VALENTINVS Scherping / Colberg. à Pastoru S.
Spiritus ad Rectoratum vocatus A. 1601. d. 19. Novembr. vid. supr.
pag. 22.

VII. M. DAVID Fuhrmann / Stargardens. Pom. vocatus A
1619. post Pastor Cöslinensis.

VIII. M. PETRVS MYRSCHÆVS, Rector Stolpe primum:
deinde Colberga. Rector Academiæ Francofurt. in Programmate Fi-
lii L. Salomonis Myrschæi cum honorat his verbis: M. PETRVS
MYRSCHÆVS, Vir experimentis variis in Germanicis Academiis,
in Italiâ, Galliâ, Hispaniâ deniq; subactus, quarum Regionum lin-
guas didicerat felicissimè: quem Altissimi paterna directio primò
Rectoratûs Stolpensis Provinciâ honoravit, tandem quoq; Colber-
gæ Rectoris officio cumulavit. Mortuus A. 1624. d. 30. Augusti,
filios habuit SALOMONEM, Dicasterii Ducalis Pomeran. Advoca-
tatum receptum A. 1647. Syndicum Civitatis Schlawiens. vocatum
A. 1649. I. V. Licentiatum pronunciatum Francofurti A. 1652. d.
12. Februar. Dicasterii Electoralis quod Stolpe est Referendarium A.
1656. hodiè etiam dictæ Civitatis Stolpens. Consulem; & MAR-
TINVM Eccles. Stolpens. Archidiaconum.

IX. M. GREGORIUS LAGVS, Cöslinens. Pomer. vocatus
A. 1625. introductus d. 28. Ianuar. eodem.

X. HINRICVS Friedeborn / Belgardens. Pom. Medicus, vo-
catus & introductus A. 1631. d. 17. Novembr. leto occubuit A. 1640.
d. 8. Decembr.

XI. FRIDERICVS Schulke / Colberg. D. Balthasaris F.
Medicinæ Practicus, introductus A. 1641. d. 18. Maji pie demortuus
A. 1663. d. 27. Martii.

XII. L. V. A.

XII. L. VALERIVS IASCHIVS, Colberg. M. Ioachimi F.
 vocatus à ConRectoratu & introductus A. 1663. d. 22. Iunii v. sup
 pag. 40.

NOMENCLATIO

CON-RECTORVM, QVOTQVOT POSTLVTHERI
 REFORMATIONEM IVVENTVTEM HEIC
 DOCVERVNT.

I.

M. VVILHELMVS ALBERTI, A. 1549. vid. Nomenc
 Past. D. Georgi.

II. HEINRICVS Bogelsang / A. 1562.

III. GREGORIVS Scholaste / postea Past. Nicolaitanus &c.

IV. M. VALENTINVS Scherping / Colb. A. 1594.

V. M. MATTHIAS Hamel / Coslino evocatus A. 1600. &
 introductus A. eodem d. 19. Octobr. ad Rectoratum vocatus 1601.
 V. Catal. Rector.

VI. EGIDIVS STECHOVVS, remotus ab officio A. 1607.

VII. M. IOACHIMVS IASCHIVS, Colberg. vocatus A.
 1607. v. s. pag. 26.

VIII. PETRVS PACHIVS, Colberg. Poeta & Notar. Publ. Ca-
 sareus vocatus A. 1615. hic per triennium docuit in Templo Spiritus San-
 cti, abiit hinc post honestam dimissionem cum Vxore & liberis in Sve-
 ciae Metropoli Holmiam A. 1629. M. Maio.

IX. M. IOACHIMVS Plene/Neo-Treptov. vocatus A. 1629. v.
 Catal. Archid.

X. CHRISTOPHORVS Duchero / Colb. vocatus & introdu-
 ctus A. 1634. d. 9. Ianuar. v. sup. p. 27.

XI. PAVLVS Müller / Coslinens. vocatus & introductus A.
 1641. d. 18. Maji.

XII. M. IO.

XII. *M. IONAS RAMELOVIVS*, Gryphenberg. Pom. vocatus A. 1645. Pastor & Præpositus Treptoviens. ad Regam vocatus A. 1654.

XIII. *L. VALERIVS IASCHIVS*, Colberg. vocatus A. 1654. d. 24. Iulii introductus Anno 1655. 23. Ianuarii. v. s. pag. 40.

XIV. *M. IOACHIMVS HEIDEMANN* / Colberg. vocatus & introductus A. 1663. d. 22. Iunii. v. s. pag. 42.

NOMINA.

HOC ANNO IN LYCEO DOCENTIVM.

- I. *L. VALERIVS IASCHIVS*, Colberg. Rector,
- II. *M. IOACHIMVS HEIDEMANNVS*, Colb. Con-Rector,
- III. *CHRISTOPH. HIERONYMVS Knobloch* / Norinbergensis, Cantor.
- IV. *GABRIEL SEGERVS*, Colberg. Baccalaureus.
- V. *LAURENTIVS VVILLICHIVS* Colberg. Collega V.
- VI. *ELIAS TITEL*, Colberg. Collaborator.

FINIS.

DEO TRINNI SOLI

| Sit

Gratia & Gloria:

in excelsis!





Nr 871. 8

3
ULB Halle
003 618 455



Worm

3. C.





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

MARTINI Rangen
COLBERGA TOGATA

H. E.

NOMENCLATOR

THEOLOGORUM

JURECONSULTORUM

MEDICORUM

PHILOSOPHORUM

COLBERGAORIUNDORUM

QVI IN SECVLO PRAETERITO AC HODIERNO
AB. A. C. 1500. AD A. C. 1668.

SIVE

OFFICIORVM GRADVVMQ; PRAEEMINENTIA

SIVE

EGREGIIS LITERARVM MONVMENTIS

FLORUERUNT.

ANNEXIS

OMNIVM FACVLTATVM

VIRIS PRAECLARISSIMIS DOCTISSIMIS

UBI UBI NATIS

QVI IN PRAESENS VSQ;

INCLUTAE COLBERGAE

FIDELIEM NAVARUNT OPERAM.

BASILIVS IMPERAT. c. 60.

Qvi liberos probè institutos relinqvit de toto regno bene meretur
qvi eos malè moratos, nullis literis excultos sinit, totam
Rempubl. graviter laedit.

Colbergæ Typis Kufianis Anno 1668.
prostat apud Iohann Deenhardum Bibliopol. Colberg.